
Franciscus Tranquillus Andronicus

Dialogus Sylla


Honos
Erit huic quoque
Luto
ANDREÆ FELICIS OEFE:
LY.
Monacensis.

[illegible]

DIALOGVS SYLLA AVTHORE TRANQVILLO

ILLVSTRI ET MAGNIFICO VI-RO D. IANO LASCARI RHINDÆ-CENO DOCTRINARVM ET AN-TIQVITATIS PARENTI, TRAN-QVILLVS ANDRONICVS DAL-MATA, S. D.

CVM MICHAELE NARDINO meo neceſſario viro ingenioſo & docto lõga mihi diſceptatio fuit de noſtrę nationis homine Diocletiano Imperatore, qui eadem animi magnitudine, qua ſublatus erat ad faſtigium rerũ humanarum, ad priuatam vitã redierat. Quod me defendente, illo contra nitente, eam diſputationem ſub Cæſaris & Syllæ perſona retuli. In temperando autẽ ſtilo non ſimplex difficultas fuit, nã ratio poſcebat, vt eſſet infra oratoriam grauitatem, & ſua grauiſſimis perſonis dignitas attribueretur. Exiſtimaui hanc meam fœturam non nihil ad tuam fortunam pertinere, non a[illegible]n ſolandi tui atque confirmandi gratia, in quo virtus & [illegible]eræ ſummum adire periculum videantur, ſed quoniam auguſtali ſanguine ortus, vtpote cuius maiores longa ſerię Cõſtãtinopoli imperarunt, viciſſitudine rerum ad hanc tenuitatem redactus ſis. Quam tu commutationẽ ſic fortiter toleras, vt iſtud viuendi genus elegiſſe videare. Itaque mitto tibi hunc dialogum, vt cũ tua forte conferas, ac ſi probaueris, te authore exeat in manus hominum, & noſter Diocletianus vindicetur a calumnia. Vale.

¶ Tranquilli Andronici Dalmatæ dia logus Sylla, Interlocutores Cæſar, Sylla, Pompeius, Minos.

CÆSAR.

IAN EVAſimus in terram, vale Charõ ego ad Plutonẽ feſtino. Dij immortales in quod diſcrimẽ adduxerat me fortuna, linter putri carie quaſi cribrum fatiſcit: vndiq; Palus ſcaturiebat, iam alluebat poplites, ac poſteaquam in ripam impegimus pęne tota cimba diſſilijt. Non ita me rabies æſtuantis oceani, non adeo furentes maris Adriatici procellæ terruerant. Equidem abhominor hanc tempeſtatem: nam vereor ne iſtuc ſit omen cuiuſpiam infœlicis euentus, qui meum animum curis & perturbationibus exagitet. Sępe ſolent magnas calamitates quędam veluti ſigna antecędere: quibus etiam noſtra crudeliſſima cędes ſignificabatur, ſi dij voluiſſent vt longius animo proſpiceremus. Cęterum

quid attinet aut veterum malorum recorda-
tione, quorum obliuio ſaluberrima creditur,
tam altum dolorem exaſperare? aut nouis cō
ſternari augurijs, quorum fides incerta eſt?
vtpote quæ a temeritate profecta irritis effe
ctis plerumque vates ipſos deludant. Quod ſi
quid aduerſi noſtris ceruicibus impendet, ſa
tis eſt tunc miſerum eſſe, quum inuaſerit: nō
etiā lōge anteque vlla ſuſpitio appareat metu,
veluti mulierculę, cōcuti, ac (vti aiunt) de gra
du deijci: Pręſertim quū fatis co tēporis & lo
ci cōpulſus ſim, vt neque futura vigore mētis
pręcaueri / neque caſus ſi quibus perſtrīgi neceſ-
ſe fuerit repelli viribus aut magnitudine ani
mi queant. Adde quod precibus & ſquallori nul
lus pateat locus. Qui lachrimis flecti poſ-
ſunt adamantina pectora, ſiquidem ad infe-
ros ne fama quidē (vt audiuimus vulgo cir-
cumferri) miſericordiæ nomen perduxerit?
Quo ſi forte deſcenderet, ante ſolio ſuo de-
cæderet Pluto, quam reciperetur, adeo regnū hoc
nihil mite, nihil benignum amplectitur, ſed
vſquequaque ſeuitiæ Tyrannidis in morem
indulget. Iam hæc vallis vndique rapidiſſimis
fluminibus & vaſta palude circumſepta: nul-
læ naues præter huius ſenecionis rimoſam
phaſellum haud reuehendis vmbris deſtina

tam. Excubat in oſtio latrator Cerberus terribilis aſpectu, nec minus diligens q̃ truculentus ianitor, adeo vt ne Mercurij quidem ſoporifera virga falleretur, veriſimile eſt Ditis quoq; prouidentia paſſim diſpoſitos eſſe cuſtodes/qui ſeditiones atq; tumultus, ſi qui ſubito exorirentur, compeſcerent atq; comprimerent. Quinetiam demandatum aliquot ſidioribus (q;q; haud ſcio quid poſſit eſſe fidũ in tanta Tyrannide) vt inſidias, conſpirationes omnia deniq; conſilia explorent ac deferant ad ipſum principem. Sed o vanam meã mentem ac prorſus immutatam: quam indignas cogitationes magnitudine Cęſaris ſuggeſſit: dij faxint vt nihil minus cupiam, quã aut in ambienda dignitate aliqua, deprecandave contumelia, ſi qua innocẽs iniuria perſtringar, ante cuiuſcũ pedes volutari: aut refugere, ſi depoſcar in labores, pericula, tormenta, cruciatus, demum quamlibet honoris & famæ dimicationem. Reminiſcere te Cæſarem, qui peruicaciam inimicorum armis contundere maluiſti, quam virtutis rerumq; bene geſtarum ab inuidis & ingratis veniam deprecari: tum ſubeat nunquam in tuum pectus ne minimam quidem formidinem deſcendiſſe; ſed inuicto ſemper animo

profectum in aduerſa: cuius magnitudinem nulla vnquam vis nec robur Gallorum, nec ferocitas Germanorum, nec Hiſpanorum aſtus, Pœnorumque doli, & Alexandrinorū inſidię, non denique furor ciuium Romanorum multęque aliæ peſtes labefactare potuerunt, nihil ſordidum humile caducum, ſed vnumquodque magnificum excelſum immortalitate dignum conſilijs mentis agitaſti: nihil aggreſſus es quod fœliciter non expugnaris, perruptis om̄ibus terræ mariſque difficultatibus; impetus ſubuertiſti, vires perfregiſti, conſilia diſſipaſti: in ſumma nihil humanum potuit obſiſtere tuis conatibus. Cæterū ne quiſquam videatur integram fœlicitatem aſſecutus, a maleuolis, qui ſe configere cornicum oculos credunt, ſaltem illud vitio dabitur, quod licet iam confectis bellis ciuilibus, in maximo tamen odio ciuitatis videar negligentius vixiſſe. Et profecto iam ęuitatis & gloriæ rerum geſtarum ſatietate cęperam inuadi: ſubuerebar etiam inconſtantiam humanorum caſuum, ne videlicet fortuna mutato curſu meas res ſecundas aliqua labe reſpergeret. Quippe non tam laudantur quæ fortiter ac proſpere geſta ſunt, quam vituperātur ea quæ in aduerſum rapit mutatio temporū,

ut vel minima offenſiũcula clariſſimũ quodque nomen obſcuretur. Hæc animo quum penitus inſediſſent, atque huiuſmodi curis inuolutum impia atque nefaria manus inuaſit: non illa hoſtium externorum aut ſicariorum manus, ſed amicorum, ſed familiarium, ſed domeſticorum conſpiratio deteſtabili exemplo fuit: cuiuſmodi inſidias nõ Artaxerxes, non Mithridates, non Ptolomeus Euergetes, nõ mortalium quiſquam ne deorum quidem (ſi fabulis credere par eſt) vitare potuit, tamen ſuperſunt hæredes tantæ iniuriæ, qui nihilominus crudelitatis atque perfidię repoſcent ab inimicis pœnas. Atqui trucidarunt annis grauem, fama clarum, gentibus admirabilem vnico tantum diſpendio, ac neſcio quidem an maxima iactura noſtræ futuræ dignitatis, quod vel immature nomen regiũ quod iampridem animo concupieram, non arripuerim. O ſpes fallaces, o inanes meas cogitationes, o peſtilentem L. Cottæ moram: nunc medius inter Cyrum & Alexandrum ſedere, pulcherrimo inferis, vel ipſi Diti ſpectaculo: nam vel prępliorum quibus interfui, vel bellicoſarum gẽtium quas ſuperaui, vel prouinciarum, quæ mea virtute in Romanorum poteſtatem venerunt, vel tandẽ nũerus

occiſorum referatur, non dubito quin lon-
ge Cyro antecellam, Alexādro ſaltem par fu
turus ſim. Eximiam Cyri laudem & eam pla
ne ſolam in monumentis ipſius legeramus,
quod regnum abſtuliſſet a Medis. Alexan-
drum autem non inficior res geſſiſſe memo
rabiles, ſed tantæ non fuerunt quātas græcia
prędicat: Peculiare ferme qbuſdā antiquorū
video fuiſſe, aliena eleuare, ſua vero in cœlū
tollere. Cæterum quoniam iniquitas & per-
fidia improborum & inuidorum hominum
ab hoc faſtigio deiecit, in proxima regibus
tribunalia recipiar. SyL. Pompei vides hūc
qui citato curſu properat, Cęſarem vultu ex-
preſſit. POMP. Eum ipſum color ac linia-
menta referunt, ſed nōdum plane ſatis queo
dignoſcere tam lacero eſt & cruento corpo-
re. SyL. Si Cęſar eſt nouo te certamini accin
gas oportet. Pom. Ipſe tandem profecto eſt:
non admodum ſero pęnas ſuorum ſcelerum
dedit: neſcio quam Monarchiam mente con
ceperat immenſa honorum ambitione & in-
ſatiabili cupiditate gloriæ quibuſdam veluti
furijs agitatus, vt erepta ciuium libertate, ꝓ-
fligatis iudicijs, ꝓſtrata ac euerſa incolumi-
tate reipublicę, nullo denique amicorum aut
inimicorum diſcrimine habito ſanctiſſimam

atque pulcherrimam rempublicam in crude liſſimam Tyrannidem conuerteret: eaque ſo lus per ſummum nefas potiretur: quo videli cet ſummo loco conſpicuus abſque arbitris magiſtratus diſtribueret, prouincias ordina= ret, conſcriberet exercitus, inferret bella, ſtu= pris & adulterijs impune abuteretur, ac ea fa ceret omnia, quę collibuiſſent. Hic omnes ſu as cogitationes collocauerat, hanc ſolam exi= ſtimabat fęlicitatem, perinde quaſi huiuſmo di ſtatus (vt alię res humanę inſtabiles ac per breues ſunt) non dicam immortalis, ſed futu rus eſſet diuturnus: præſertim quum nullo iure, nullis legibus, nulla pia cauſa per fortu= nas, ſanguinem, vulnera, cædes multorum iſtuc perueniſſet. Siquidem odia grauiora tā etſi recentibus in malis plærumque metu ſe cohibent a vindicta: mox tamen tanquam ex abdito prorumpunt, ac in auctorem malorū repente graſſantur. CÆS. Deum immortalē, quid ego video, ingens profecto monſtrum ſi vera viſio eſt: atque vtinam ſomniarem & hoc ſpectaculum euanidum redderetur. Sed corneis nimirum non eburneis oculis aſpi= cio: quod me non ſolum delectatione non af ficit, ſed pęne dolore examinat, omnes aduer ſarij primi atque illuſtres regum ad latus in

orcheſtra conſederunt: agnoſco Syllam, Pōpeium eiuſque liberos, Catonem, Scipionem Petreium, Domitium, Afranium, Fauſtum, L. Cæſarem, & alios permultos, qui mecum de imperio & vita dimicarunt. Rurſus in ſubſellijs (quę res meum dolorem exulcerat) C. Marium cum C. filio, Carbonem, Lepidum, Cinnam, Sertorium, Curionem, Antonium, Dollobellam, & reliquos noſtrę factionis in obſcuro abiectos latere. In varias mehercule ſentētias anceps diſtrahor: nec ſatis liquet damnem an rideam decreti huius auctorem, ſi modo quicquam huiuſmodi vel princeps vel iudices voluerint ſtatuere, vtrobique victores & victi, vtraque pars Imperatores & Legati, illorumque pariter atque horum res præclarę memorantur. Illi tamē faſtigio euecti, hi humi depreſſi ſunt: illis ſublimis locus, his contigit abiectus. Porro mihi deberi ſupremam ſedem vel inimici fatebuntur: quis enim temere ſe vel noſtræ magnitudini, vel gloriæ ęquauerit? victus in acie nūquam, victor ſemper euaſi: ſplendidiſſimos triūphos egi, pulcherrima erexi Trophęa, ad extremū vitæ perpetuum dictatorem & monarcham ſenatus populuſque romanus gręci & barbari venerati ſunt, ac veluti numē aliquod ado

karunt; & mox defunctū referēt inter diuos
aris, apud quas votis ſe obligēt meo nomini
cōſtructis. Cur igit̄ moror, & primū (ſi repu-
gnarit) ſella nō detrahā & deturbē? SyL. Vt
voluit oculos accēſos, vt indignabūdus ſecū
meditatur truci nos ſubinde vultu inſpectās
perinde quaſi minitetur: bellū tibi paratū cer
no, nec eni poterit vnquā vel odiū eius in te
vel ambitio conquieſcere. POM. Vide po-
tius Sylla ne tecū cōtēdat, ſiue cū Bruto, quo-
rū dignitas illuſtriore loco ſita eſt, mecū olim
armis decertauit q reliquos oēs ea tēpeſtat
virtute honoribus auctoritate ſupauerā nū
quoq, certus ſū, qua mētis eſt vecordia, ma-
xime illuſtria ĩuaſurū. En recta pficiſcit ad
Sylla, ſed nō reor magnopere timēdū, qn n
los ſecū veteranos adduxerit. CÆ. Sylla c
ceſſas? quin deſcendis actutū? nō didiciſti
iſtis ſectatoribus tuis ĩuictā Cęſaris magni
dinē, cuius gr̄a ei locus iſte deſtĩatus eſt? I
Brutū minime videt̄ ęquū ſuo loco moue
nō mehercule q neſcio cuius libertatis a
tor & videx fuiſſe nūcupet̄ in admodū te
ciuitate velut ĩcunabulis nr̄i āpliſſimi ĩpe
ſed cū ob ſolā ātiqtatis mēoriā & admiratio
tū maxie q ipſo Bruto cōſularis ĩpij auct
hic honor ad nos tāq p man' tradit' puen

quo noſtra virtus non excitata ſolum: verũ adaucta quoque ac celebris per totum orbẽ diffuſa eſt. SyL. At quidem nec Pompeius, nec Scipio, nec Domitius & reliqui quos in ſublimi vides conſpici, licet olim tibi vi coa- cti ſuccubuerit, nũc tñ nequaquam loco de- cedent. CÆS. Dũ integrum eſt non obluctamini pertinaciter meis optatis, alioqui more meo ius viribus quęrã. SyL. Neq; tuis hono ribus inuidemus, neque magnitudine terre- mur: quin potius haud parum miramur te ac cepta tanta clade, quam hoc tuum lancinatũ vulneribus corpus indicat, quũ tantũ deniq; virium & ſanguinis amiſeris, nondum reſi- puiſſe, atque ex longa tanquam peregrina- tione non remigraſſe domum. At qui opor- tet alios poſthac mores induas: nã hic & alio iure viuitur, & alijs legibus coercemur. For- tuna res humanas pro libidine verſat ac mi- ſcet: huic eripit, dat alteri: amicior his quos in uocata non reſpexit, quam quos obſequen- tiſſime ditauit: multos euehit altius, vt per lu dibrium ruina maiore humo illidat, minime per Iouem cęca vel bruta vt temere a quibuſ dam cęcis & prorſus inexpertis taxatur, alio- quin eſſe oculatiſſimam & perſpicaciſſimã ſatis conſtat, quod mortalitate nuper depoſi-

ta quam plurimis exemplis edocti ſumus.
Etenim mortales quum momentaneam vi-
tam in terris agant, omnes ſuas ſpes & cogi-
tationes in opes & honores conniciunt: qui
bus adeo inflantur adeo intumeſcũt, vt obli
ti ſuę fragilitatis obliti mobilitatis rerum hu-
manarum ſe perbeatos credant: ac huiuſmo
di fœlicitatem, quæ inanis ſane ac perbreuis
eſt, æthernam fore arbitrantes, ſpretis ſapien
tum monitis, neque ſuas calamitates ex ſubi
tis rerum mutationibus proſpicientes deo-
rum ſe immortalium æquaſſe potentiam in
animum inducant. Itaque fortuna facto ani-
morum experimento quum videt homines
ꝓſperis rebus inſoleſcere, quaſi poſtico clan-
culum delapſa ludificat ſpes inanes, diſſipat
vanas cogitationes; hanc euanidam fœlicita-
tem conterit ac euertit. CÆSAR. Obſtrepis
iſto ſermone Sylla; nec enim modo vacat ſen
tentioſam orationem audire. SyL. Adhuc ap
pares Cæſar illecebra dominationis irretitus
vaſtam ante cęcutiẽtes oculos nebulam quã
dam habere; ſed ſi velamen iſtud a fronte de-
traxeris, tum intenderis mentis aciem, liqui
do deprehendes dominationem, quam tan-
topere affectaueras, ſomnium quoddam ex-
titiſſe. Ad hoc quęſo conſideres quo neceſſi-

tatis adactus ſis : circumſpice ac perpende ſingula : omnia quocumque te verteris, triſtia occurrunt, perpetua nox, immenſa vaſtitas, horrenda ſitu ac neglecta humiditate facies, vbique gemitus, luctus, eiulatus, pœnarumque ac tortorum mille ſpecies; atque iis intermixtæ furiæ noxios vſquequaque terrent alios, alios dilacerant. Quum accuſaris, vndique conuolant qui tua ſcelera proloquantur ac denudent: lapides & vmbræ prodeunt in reum teſtimoniũ dicturæ, ipſa vero conſcientia princeps accuſationis omnem turpitudinem ſigillatim vel ipſas cogitationes impudicas iudicibus explicat: nuſquam autem præſidium cernitur: nemo ſubſcriptor adeſt periclitanti: nemo patrocinium exhibet reo: nemo implorantis opem miſeretur præter benefacta: hæc fortiſſime capitis periculum propugnant nec vnquam a defenſione deſiſtunt, niſi quum vis aduerſariorum & numerus præualuerint. Proinde honores, imperia, triumphos hinc iam obliuiſcere. CÆSAR. Quid malum philoſophaſter? magiſtrum te mihi præbes & grauem ſane, non ſecus ac ſi eſſes aliquis Antiſthenes aut Diogenes aut Crates aut Menippus. SYLLA. Operepræcium arbitra-

hor feciſſe, ſi te nunc maxime repuerascen‑
tem ab errore ſanis admonitionibus reuo‑
cauero. CÆSAR. Cur diſcipulos tuos hu‑
iuſmodi pręceptis non inſtruebas quum eos
ad cędē ſanguinē bonorū proſcriptionē hor
tabare? POM. Diſcrutior iſta Cæſaris petu‑
lātia, qui ſibi perſuaſerit, ſe pium facinus ęgiſ
ſe quum ad inuadendam Tyrānidem in vi‑
ſcera reipublicę arma inferret: nos vero nefa
rios atque ſacrilegos affirmat, qui reſtitimus
ſceleri, & repellere iniuria conati ſumus, quo
rum periculo nil aliud tentatum eſt, niſi vt ci
uibus libertas ocium & ſua commoda ſerua‑
rentur integra. SyL. Ego ſemper volui bo‑
nos ciues ſaluos eſſe vna cum incolumi repu
blica, atque omnes labores & pericula mihi
ſubeunda eſſe duxi quoad id perficerē, ac vt
opinor iam perfeci. Eos vero, quos aut am‑
bitio ad ſeditionem, aut cupiditas ad rapinā,
aut ad cędē odiū ſtimularat: adhoc oēs reipu‑
blicę hoſtes, euerſores libertatis, oppugnato
res patrię labē ac peſtē ciuitatis impios, ſcele‑
ſtos nefarios, pflıgatiſſimos ciues ferro ac fla
ma pſequutus ſum, extruſi exterminaui bo‑
nis & patria interdixi, quo ipſi ijdem digna
ſuis facinoribus ſupplicia perferrent, & reli‑

qui ab huiuſmodi ſpe nefaria peſtiferiſq; conatibus deterrerētur, denique vt liceret in ea republica, quam noſtri maiores ſuo ſanguine fundarunt, virtute auxeruut, cōcordia ſtabiliuerunt, aris focis dijs penatibus liberis cōiugibus bonis induſtria paratis ſecure frui peremptis Sicariorum cateruis aut expulſis: qui ſubinde oculis obuerſantes, dies anxios, inquietas noctes, iniucundam quoque vitā efficiebant. Igitur criminabere quod profligatis perditiſſimis hominibus patriaq; mea virtute conſeruata, iudicia quæ iacebant erecta ſint, legibus quæ ſilebant auctoritas data, poſtremo ſua cuique dignitas & decor ciuitati redditus ſit ac reſtitutus? CÆS. Nimirū vt ingentes ſub hoc prętextu parares diuitias, & miſeria multorum fieres magnus & formidabilis. SyL. Nihil minus per Iouem, ſiquidē patrimonium a patre tam amplū accœpi relictum, vt vel ad tutelam amicorum ſatis fuerit: quapropter dixeris imprudēter me rebus nouis ob inopiam ſtuduiſſe. CÆS. Id refert perpendas nō quantū tibi redierit ex poſſeſſiōibus paternis, ſed quam multa appetieris: quo pacto licet & gargara cōderentur in tuis horreis, & fluenta Lydię poſſideres, tamē vt quiſpiam Irus egētiſſimus iudicareris. SyL.

Tua Cæſar

Tua Cæſar intereſt hæc animo reuoluere q ad inuſitata, incredibiliaque aſpirabas: mihi quidem ſatis ſuperque ad bene beateque viuendum illa ſucceſſione paratum eſſe videbatur. Quinetiam alia longe maior & melior a maioribus obuenerat hæreditas, videlicet gloria virtutis rerumque geſtarũ, vt quoties intuerer ipſorum imagines, intuebar autem quamſępiſſime, toties in memoriam reuocaretur inuictus eorum animus, ac reipublicæ amantiſſimus, communiumque bonorũ nõ autem vtilitatis propriæ ſtudioſiſſimus: quorum alij bene dicendo, multi ſapienter conſulendo, plerique bellicis artibus vrbem noſtrã domicilium Imperij orbis terrarũ effecerunt. Pulchrũ igitur ipſe ratus maiorum veſtigia ſequi, præſertim quum recto itinere præceſſiſſent (alioquin imitari notatos infamia, ſiue turpitudinis aliqua labe infectos execrabile flagitium exiſtimatur) eos mihi maiores exẽplar vitę meæ propoſueram. Haud ignorabam quam conſtans ipſorum laus, quam frequẽs in ſermone hominum memoria verſaretur: ac dum ſtabunt monumẽta litterarum verſabuntur: nam cui nõ dulce eſt meminiſſe Scipiões, publios, Gneos, Africanos, Aſiaticos, Naſicas, alioſque terrores hoſtiũ ac rei-

publicę ꝓpugnacula, qui de vna domo Cornelitorum, tanquam de equo troiano prodiesunt? Rurſus nemo eſt adeo corruptus ingenio, qui a Scinio SP. Melio. Petilijs, Gracchis Saturnino Druſo mentem auertat, ac huiuſmodi turbulentos homines, ſeditionum faces, ſentinam flagitiorum perpetuo oderit: quos ſatius fuiſſet abolere de memoria hominum, niſi quum citantur, in dedecus vocarentur. CÆS. Vidiſſes profecto ſenatorios magiſtratus non obnūciantibus tribunis plębis impunitate ꝓpoſita furere in eos, in quos libido ſuaſiſſet. SyL. Vtrumque comprobatum Radamanthus confirmauit: non vides vt inter ſe diuerſi longeque diſpares ſint? illos virtus extulit ad laudem: hos ad ignominiam depreſſit improbitas: illi fructum bene actę vitæ capiūt: his ob iniquitatem ſuplicia non deſunt, vnde non immerito crebris mei ſapientiſſimi patris admcnitionibus inſtituebar, vt fortunis bonum nomen anteponerē, ac potius virtutem ipſam haurirem, quam eius imaginem ſectarer. Ad quod me toto animo incumbentem philoſophię ſtudium impulit. Et quum duę viæ ſe aperuiſſent, altera quietem, labores altera oſtentans. Porro vitā ocioſam in qua reliquum ætatis curſum pro

cul a ciuilibus negotijs atque perturbationi-
bus vrbanis legendo ſcribendoque licebat,
honeſtiſſime ſanctiſſimeque traſigere, poſt
habuimus: non hercle quod ignauię reprehē
ſionem metueremus, neque quod illud viuē
di genus contemneremus ob humilitatem,
alioqui ſaluberrimum eſſe animo pariter at-
que corpori liquet: non inflatur ſuperbia, nō
pallet inuidia: odio nō incēdit, nullis iactatur
fluctibus; nullas pelago ventorumque mi-
nas extimeſcit: atque (quod omniū pulcher-
rimum exiſtimo) non pendet a libidine for-
tunæ, ſed omnes rationes quum in ſe ipō col
locarit, iucundiſſimo ſeſe ocio conſolatur. ve
rum enimuero cogitanti mihi ac diligenter
animo proſpicienti in quas calamitates & pe-
ricula inuidia nouorum & improborum ho
minum caſura eſſet noſtra reſpublica, viſum
eſt abſque cunctatione vires, ingenium, ſan-
guinem, vitam etiam (ſi res poſtularet) ei po-
tiſſimum reipublicę impendere, quę quum
genuerit, educarit, litteris, ac bonis moribus
ornarit, ad hęc maiorū imaginibus ſatis red-
diderit opulentū, hoc idē merito & ſuo iure a
me repoſcere potuiſſet. Hanc ego vitam non
laudabilem tantum, ſed Heroicam plane di-
uinamque ſemper putaui; quid enim diui-

nius inter mortales, quam proprio periculo cędem a ceruicibus ciuium repellere, vrbem deorumque templa a conflagratione. Italiam ac totum orbem a vaſtitate conſeruare? Hæc profecto (repetam enim) haud vnius hominis, ſed potentiæ deorum ſimilia ſunt. Huiuſcemodi opes ego ſemper (vt fatear) affectaui, ac ſi denuo, quod a me depcor, reuiuiſcēdi facultas hærbis Aeſculapij daretur Sola me plane cōmoda ciuitatis & ornamēta ſibi vēdicarent. CÆS. Non aliter tu Sylla verbis cupiditates tuas prętexis ac multi Gręcorum philoſophi barba & baculo velabant, nam quorſum cādidatus ābiebas tribus, ſingulos preſhenſabas, diſcurrebas vt amens in Cāpo martio comitijs conturiatis alliciendo largitione ſuffragia? SyL. Nimium es Cęſar in cōtumeliam procax: at hercle inprimis illud incredibili me delectatione afficit, quod nulla ſueri cupididitate ſtimulatus ad munia bellorum ac reipublicę obeunda. Sed quum de ſumma rerum ageretur, ſoli tunc mihi non ambienti ne optanti quidem cauſa mea, fuerant honores vniuerſi decreto ſenatus vltro delati, nūquam tamen aſſenſi vt fęciales ad aliquos populos mitterētur, niſi iuſtiſſimis de cauſis, tū demum florentem fore rempublicā arbitra-

tus, quum non faceret iniuriam, ſed propulſaret: nec a ſe ipſa modo ruinam, ſed a ſocijs, amicis, confęderatis amoliretur. Quod maiores noſtri quum facere conſueuiſſent proſperos ſucceſſus habuerunt: magis enim bono iure, quam virtute militari victores euaſerunt. Recenſe omnia bella quæ geſſerunt ab expulſis regibus, repete ſi vis ab ipſo Romulo vrbis conditore, vnũ excipi volo peregrinũ, qui æque in ſuos atque in hoſtes fraude atq; crudelitate graſſatus eſt: reperies nihil ab illis auide nihil iniuſte fuiſſe factum: quamobrem vel ipſis hoſtibus venerationi nomen romanum erat. Nunc autem paucorum temeritate atque auaritia totus ſenatus populuſque Romanus in inuidiam arceſſitur Quid vlturus M. Craſſus mouerat expeditionem in Parthos? Aut quibus tu cauſis Cæſar commotus es diſiũctos ab orbe terrarum Britannos nihil tale commeritos bello ſollicitare? quæ neceſſitas vrgebat germaniā galliam ponte coniũgere, & in ſiluis quęrere gentes vt vincerentur? videlicet vt titulis atque triumphis gratia nouitatis accederet: n vulgus mirũ immodum rebus nouis capitu iiſque applaudit, & in auctores beniuolentia ducitur: qui dumtaxat victorias numer

cauſas bellorum non ponderat. CæS. Haud
contemnenda (ni fallor) documenta noſtræ
virtutis in gallia reliquimus: neque me pœ-
nituiſſet rerum a me geſtarum etiam ſi nun-
quã Germanos & Britãnos adijſſem: vnde
tñ p̃riç titulos nõ mihi quęſiui. Sed alias quo
que oportunum erit meum animum ad cal-
culos reuocare, atque in cõiecturam ducere.
Quoniam videris te libero patri aut herculi
facere parem, peruelim Sylla mihi explices
primo, ſi minus tangebare diuitijs (vt ipſe ia-
ctas) quid bello ciuili proſcribebas? quid ra-
piebas bona ciuium? parũ fuit ſanguine cru-
delitatem exſaturaſſe, niſi etiam in bona inua
ſiſſes: an quo delicatius philoſophareris ne-
ceſſe erat ampliſſimis ædificijs dedaleas vil-
las extruere ac ſumptuoſam cõparare ſupel-
lectilem. Nam illę certe decumæ ex vniuer-
ſis fortunis Herculi conſecratæ, lautaque po
pulo Romano conuiuia facta videbãtur am
pliores opes & fortunatiorem vitam aucupa
ri. SyL. Quum hoſtium furor, quaſi tempe
ſtas, omnia protereret, pecuniæ fuerant vn-
decunque coaceruãdæ: ſine quibus (vt te nõ
latet) nihil poteſt expugnari, ſunt enim ĩſtru
menta rerum agendarum & nerui belli. Cę-

terum exhauſto ærario, amicorum pecunia vſi ſumus: nemo autẽ niſi quem ſenatus hoſtem patriæ iudicauerat, proſcriptus fuit: nemo facultates amiſit, niſi parricidę, qui rempublicam armis lacerauerant: æquum eſſe cẽſuimus eos nihil habere in ea vrbe, cui machinabantur exitium, ſed omnia quę publicę libertatis inimici poſſediſſent, Patriæ defenſoribus in prœmium laborum & periculorum elargiremur. Quãtum autem ad me attinet paruo contentus fuiſſem neceſſarijs dumtaxat ſuppetentibus ad vſum vitæ: quod abunde ſignificaui decimas Herculi dicando: quẽ idcirco luxurię coercendę atque comprimẽdę delectari tradunt, quod ipſe contẽptis ſuperfluis opibus frugaliter continẽterque vixerit. Sed noſtram innatam frugalitatem exigebat imperij dignitas & amplitudo populi Romani vt poſthaberemus. quod ſi fuiſſem minus ſplẽdidus imperator exiſtimatus, nõ defuiſſent qui me calumnijs vniuerſum vero ſenatum probris dilaceraſſent, quod imperium contuliſſent in hominem abiectum: & qui neſciret ſe gerere principem ciuitatis: ex quo cæteris gentibus cõtemptui facile haberemur. CÆS. Opinionem cupiditatis tuę

ſam diluiſti: inuidię vero glorię atque ambi‑tionis vehemens ſuſpitio reſtat. Quippe ſi dulcedine laudis non titillabare, cur tanto co natu reſiſtebas C. Mario, ne tua ſtatua vna cũ monumẽtis Bocchi regis tolleretur? Pręter‑ea vt cum eodem. C. Mario iam minime ver bis contenderes verum etiam armis decer/tares, profecto non concitabat amor reipubli cę conſeruandæ, in qua nulla dum nubecula tempeſtatis apparuerat: ſed cum ingens am/bitio, tum vetus odium & inuidia honorum Marij, quod ſi negas quicquam iſtarum rerũ tuum pectus inflammaſſe, planũ facias opor tet, cur ægre ferebas bello Mithridatico tibi prouinciã eripi Sulpitia rogatione? non dole bas tacito populi iudicio Marium anteferri, quod aptior videretur, qui potẽtiſſimi regis impetum reprimeret, belluṁque periculoſiſ ſimũ conficeret? ſiquidem recenti memoria Iugurtham catenatum ante currum egerat: Cimbros & Theutones terribili marte vlulã tes cæciderat ad ĩternitionem, atque poſt hac ſpes omnes ciuitatis in Mario fuerunt ſitę, vt tertius vrbis cõditor appellaretur. SyL. Tua mihi Cęſar imponit neceſſitatẽ interrogatio, vt inuitus in hanc diſſertationem deſcendã: qua Marium vehementer affectũ iri ſat ſcio,

ſiquidē recordatione dolor recrudeſcit ac ve-
teris erroris noua pęnitentia cruciatus augē/
tur. Hic nulla ſunt malorū ſolatia pręter obli/
uionem, quæ hauritur ex Lętheo flumīe: nō
abſunt autē crudeliſſimi Plutonis miniſtri: q
vt torqueāt, in memoriā peccata ſubinde re/
uocent. Itaque C. Mari paulum hinc faciem
auertas donec Cæſaris quæſtioni ſatisfacio,
ne meo ſermone lęſus quippiam de me gra/
uius exiſtimes, quando magis tuam infœlici
tatem ſolari, quam exaſperare velim: nā odia
omnia contētioneſque, quas tecum pro rei/
publicæ dignitate ſuſceperam, diremit mors
oblitterauitq;. Equidem Cęſar C. Mariū ſem
per credidi fortiſſimum imperatorem & bel
licis artibus inſignem, ſed moribus & litteris
admodū rudem, vtpote qui humili natus lo
co pœne a pueritia caſtra ſecutus erat, impe-
ritus ciuilitatis & morum vrbanorum melius
hoſtem ferire, quam rempublicā adminiſtra
re nouerat: magiſq; corporis affectibus obe-
dire, quam prudentia veraque fortitudine li
bidinem animi cohibere conſueuerat. Idcir-
co plęrumque impos ſui ferebatur veluti na
uis tempeſtate cum reuulſo gubernaculo ia-
ctatur quo fluctus impulerint: hīc pernicies
multorū, hinc reipublicæ naufragia exordiū

habuerunt. Quamquam hæc mortalium natura eſt vt ſæpe vanis interdū etiam pe/ ſtiferis cogitationibus inuadantur: eas tamen rectrix ratio, quæ fuerit bonis diſciplinis confirmata protinus tanquam ab arce deturbat nihil admittens in contubernium præter honeſtatem. Quorum autem animus nullis inſtitutis philoſophię munitus eſt, contingit vt ad omnes caſus ancipites tandem quod praua cupiditas ſuaſerit amplectantur, non quidem rationi, ſed inuidię dedecori turpitudini ac reliquis flagitiis obtemperantes. Cuiuſmodi hominibus ſi quādo fauor populi mutationis ac rerum nouarum cupidiſſimi ſummū honorem mandaſſet maximos videbam in republica fluctus excitatum iri. Quod vt diuinarem cum pleraque fuerunt in cauſa, cum vero Terentius Varro, cuius temeritas Canenſi pugna noſtram vrbem tam graui clade afflixit, vt ſi hoſtis maturauiſſet exercitum admouere ciuitati, euerſum fuiſſet imperinm Romanum. Quare quod ad illam primam diſcordiarum facem reſtinguendam cum C. Mario incredibili concitato ſuperbia, ac inuſitatis flagrante cupiditatibus, adhoc ſpe no/ uandarum rerum mirabiliter inflamato, fu

rente inq̃ audacia, patrięq; piſtem nefarię moliente concurri: non modo meū honorē tutatus ſum. Verum etiam ſuſcepta cauſa nobilitatis & ſaluti bonorū proſpexi, & vires impotentię vel potius furoris pręcidi. Nū putas Cæſar idq; tecū altius expende, ſatius fuiſſe me tunc prębere C. Mario homini nouo ſcelus impium anhelanti ſpectatorē? qui audacior q̃ melior exitiabili cōmotus odio in nobilitatem, quā apud populū varie criminādo (vt Syracuſis Dionyſius Daphneū & diuites accuſans tyrānidem obtinuerat) minime vero ſuis meritis cōſulatū adeptus eſt. CÆS. Sylla plus nimio cōmoueris. SyL. Ne tranſuerſum quidē vnguē a ſemita veritatis diſcedo, puta ex dictum Tripode.
CÆS. Saltē aſtringas orationem qua pœne obruor, neq; poſcit hoc tp̄s iſto ſermone teramus ociū. SyL. Immo neceſſe eſt patiēter audias: nam & nefarios aīos aduerſariorū, & me culpe oīs exptū cognoſces. CÆS. Dū tamē oratiōi laſciuioſi modū adhibeas. Syl. Ergo Marius quo etiā fauorē plebis ſibi cōciliaret ſe publicū optimatiū inimicū profeſſus eſt: ſiquidē alia via nō dabatur aditus ad honores, videlicet vt odiū, quod ſecū ipſe ę domo attulerat, noua cauſa geminaretur.

compertum habuerũt homo callidus ac ve-
terator illius ordinis animos fuiſſe patribus
ſemper infeſtos: quod multis ſeceſſionibus
& tribunorum plębis interceſſiõibus demõ-
ſtratum eſt; adeo vt ijs plærumque tribunis,
qui ſenatum grauius exagitaſſent, magiſtra-
tus in odium nobilitatis prorogaretur. Sem-
per hi duo ordines in vrbe roma cunctis etiã
in locis inter ſe diſſenſerũt, nec vnquam hu-
iuſmodi ſimultas vel tacitis mẽtibus extirpa-
bitur. Quippe quum vulgus æquare ſe no-
bilitati vel ignauia vel natura vel legibus ne-
queat, odio in ipſam incẽditur, dehinc mores
& oẽm vitam probris atq; criminibus inceſ-
ſit atque proſcĩdit: pro grauitate ſuperbiam,
pro moderatione timiditatem, auaritiam pro
frugalitate iniqua interpretatione appellat
Marius quum iſtuc ſpes omnes ſuorum ho-
norum vel potius Tyrannidis conieciſſet, pe
ſtilenti rabie primum ad meam ſtatuã & Boc
chi regis amiciſſimi populo romano ſumma
erga me inuidia, ingratitudine vero in tantũ
regem inaudita penitus euertendam ſe accin
xit. Quod ei flagitium ſi ex animi ſententia
ſucceſſiſſet, extemplo maiorum monumẽtis
exitium gladiatoria ferocitate intendiſſet.
Quid tunc animi, quid ſenſus fuiſſet nobis

miſeris quum ſtatuæ frangerētur, imagines delerentur, diſiicerentur arcus, trophęa rue-rent, tot regum atque gentium ſpolia diripe-rentur, titulis etiam triumphorum e templis atque porticibus deraſis ne qua veſtigia an-tiquitatis immo virtutis & glorię poſteris re linquerentur: quas res vbi a ſenſu oculorum ſubmouiſſet, quo nobilitatis nomen prorſus oblitteraretur, Annales romanos igne cōcre mauiſſet: videlicet ne memoria tantorū prin cipum in ea vrbe extaret, pro cuius incolumi tate ſe toties hoſtibus deuouerint, quam pul cherrimis triumphis exornarint, quam gen-tium fecerint imperatrice, quum apud gręcos & barbaras nationes rara virtute rebuſq; clariſſimis vigerent, haberētur admirationi, ac in exemplum bonarum artium atque fę-licitatis identidem citarentur. Credis Cæſar quod tuis Iuliis aut Martiis, ad quos tuam re fers originem, quoniam ab ipſis turpiter de-ſciueras, pepercisſet? Erras quidem ſi tibi per ſuaſiſti; hominem furibūdum fuiſſe delectū aliquem habiturum. Ad hæc in nobilitatem odio maiore fuerat inflammatus, quam non dicam te, ſed quemquam alium diligere po-tuiſſet. Is demum crudeliſſimus tyrānus eſt cui facinora, non virtutes aditum ad Tyran-

nidē ſtrauere: præterea ſi ſit inſolens imperij modiciſque parentibus, quo dignus princi- patu videatur, oīa ſurſum deorſum miſcet in vitam & fortunas ciuium debacchatur, in ſumma timeri mauult quā amari. CÆS. Nū- quam talia mihi venerant in mētem: nec poſ ſum adduci vt credam tantum facinus a Ma- rio cogitatum fuiſſe. SyL. Non videris Cę- ſar ſatis cognoſcere naturas hominum, pręci pue quum ingenium Marij vafrū ferox ma lignum ingratum ac plane ruſticum, & ad do minationem ſemper erectum non perſpexe ris: nam ea quæ hactenus recenſui porro le- uia dixeris, prę ijs quæ referenda ſunt. CÆS. Illam iacturam ex diſiectis monumentis ma- iorum & memoria generis oblitterata intole rabilem nedum grauem accępiſſemus: præ- ſtaret meo iudicio vita carere, quam per ſum mam iniuriam ī ordinem plebeium coactos amiſſis ornamentis familię infęlicem ſpiritū trahere. Sed quę ſunt ea, quæ grauiora dixi- ſti? SyL. Vbi generoſus iſte ex balneo de tā ta calamitate publica triumphaſſet. Gygātū percitus amentia in contumeliam reliquę no bilitatis erexiſſet ſtatuas flagitioſorum homi num: qui aut legibus agrarijs, aut legum ab-

rogationibus, aut quibuſuis calumnijs rem-
publicam concuſſerant: vel hoc vnum faci-
nus ſufficeret ad inflammandam plebem in
miſeras reliquias optimatium, quum illi per
noſtrum dedecus illuſtres haberentur. Tum
videres in vrbem ex municipio Arpinate mi
grare greges cognatorum & affinium prin-
cipis ſine domo, ſine tribu, ſine noīe: hi poſt
ingentem ciuium ſtragem & miſerabile dilu
uium facultatum vrbanarum noſtris fortu-
nis locupletati protinus in ſenatum ad iudi-
candas regū cauſas introducerentur, q nihil
in vita nouiſſent p̄ter ſubulas crepidas malle-
os ligones & id genus alia inſtrumēta. O prę
claram tum demum rempublicā Romanam,
o fœlix imperium orbis quum nactum fuiſ-
ſet cōſules prętores cenſores ædiles, reliquoſ
que magiſtratus ex ſutoribus fabris ergaſtu
lis, aliaque multo magis hominū ſordida fe-
ce, quos inter meſonautas, atque mediaſti-
nos nemo ſanę mentis recipiendos putaret.
Quis niſi impius ſui ſuorumque hoſtis hoc
mōſtrum poſſet oculis aſpicere? quis domū
ſuam non relinquendam arbitraretur in tam
funeſta & conſpurcata republica? Quis
Scytharum plauſtra, mapalia Numidarum

Æthiopumque criptas lari patrio non antefer ret? profecto non expectaremur donec ſpon te profugi ſolum verteremus: nec diuerſis tẽ poribus eijceremur ſinguli, ſed eodem mo- mento vniuerſi, vt Arpinatibus libera vrbs remaneret, vel potius in arpinate municipiũ Romę nomen migraret. Hæc ipſe nefaria cõ ſilia paucorum auxilio mea tamen imprimis virtute fregi, oppreſſi, extinxi. Cæſar. Sylla quam proxime accędis ad eos qui cribro va- ticinantur. SyL. Non ſunt hæ vanę cõiectu rę Cæſar, neque ſine veteribus exemplis: te quoque in græcorum libris quum Rhodũ ad Molonem nauigaſſes, lectitaſſe puto, plæ rumque nobilitatem vel inuidia vel auaritia plębis ciuitatibus eiectam, fere obſeruatum eſt, eos maxime qui ſuſceperunt inquilinos aduenas, grauiter ſeditiõibus iactariue Sy- baritę receptis Achęis atq; Trezenijs, Thu- rij quoque ijſdẽ Sybarinis: ſic Actiſſeos. Zã- cleos, Byſantios, Apolloniatos, Syracuſanos, Amphipolitas hoſpites aduenæ ſeditiõibus vexarunt, alios etiam patria domo eiecerũt. Nup vero a noſtris militibus Meſſanę faci- nus ſecutis optimates oppido Rhegio nõ ta men vltionis expertes fuerunt expulſi: fru/ ſtra creditur ſalus leuitati vulgi etiam in tran

quillo, qui Euripo inconſtantior eſt. CÆS. Necdũ excidit mihi ſuſpitio te reſtitiſſe Marianis conatibus tua ipſius cauſa: hæc opinio niſi me ratione liberaueris, æterna futura ẽ. SYL. Quemadmodum gloriam non appetere modeſti hominis officium eẽ arbitror: ita ſi ſua ſponte in pręmiũ virtutis & laboris acceſſerit, negligere ſuperbi eſt: nec enim aliud poſt reipublicę commoda reſtabat quo vulnera iacturamque temporis ſimul etiã ætatis noſtrę conſolaremur: quod ſi paſſus fuiſſem tolli meam ſtatuam, dij immortales in quam infamiam fuiſſem deuolutus? ſiquidẽ agnoſcere viderer aliquod meum flagitium: neq; deſiderarentur (ingenia enim hominum paratiſſima ſunt ad maledicendum) qui proditionis, alij rapinarum, alij aliorum criminum (prout cuiuſq; animus eſt) inſimularẽt. Quod malum vbi vulgi ſermonibus increbuiſſet, haud quaquam innocentia fide integritate nullis bonis artibus, ne teſtibus quidem ex Iouis tabulis euelli poſſet: illę primæ conceptiões animorum tenaciſſimę ſunt, ac etiam vita functos inſequuntur. Quo pacto lucem in tãta ignominia intuerer? quos ego laqueos, quas ſiccas, quæ pręcipitia, quę aconita non mente reuoluerem? Sed omittamus

meum dolorem: hanc dedecoris egregiã hæreditatem liberis ac nepotibus relinquerem? his gloriarentur minores triumphorum titulis? his poſteris ego prælucerem ornamentis qui lumini maiorum perpetuas tenebras offudiſſem? CÆS. Iam non improbo quod famę detrimentum ſis fortiter amolitus: quod hercle ipſe quoque tunc faciẽdum putarem. verum id abſoluas quibus de cauſis bellum ciuile ſuſcitaueris pernicioſę rei deteſtandus auctor, ne amplius ambitionis & inuidiæ poſtuleris. SYL. Ego vero tibi morem geram, efficiamque (vt ſpero) credas me culpæ nullius affinem fuiſſe. CÆS. Si minus abſurda nec aliena fuerint a ratione: imprimis a te peto ne inuoluas me Dialecticorũ ambagibus, necq; per angulos Chriſippi decurras. SyL. Hęc nugamenta iampridem garrientibus in Exhedra ſcolaſticis reliquimus: nunc autem non diuerſum ab eo ſermonem audies, quẽ ĩ ſenatu de republica faciebamus. CÆSAR. Perge igitur. SyL. Quum aliquot in difficilimis bellis præſidio fuiſſem populo Romano, bellumque ſociale grauiſſimum profligauiſſem, multiſque alijs ĩ rebus noſtram rempublicam pro mea virili parte iuuiſſem, vt

neque me laborum, nec eam pœniteret ope-
rum meorum: inſuper honeſtiſſime functus
ampliſſimis honoribus ĩdixeram ocium mi-
hi a publicis muneribus ĩ reliquum tempus
vitę meæ, niſi reipublicæ neceſſitas a me præ
ſidium in ſuis periculis efflagitaret: quippe
nec ipſe plura exoptabam, nec amplius quic
quam optanti præſtari poterat. Interim ala-
ti ſunt Mithridatici belli tumultus: eam pro-
uinciam ſenatus abſenti mihi decreuit: quam
Sulpitius tribunus plæbis reſciſſo ſenatuſcõ
ſulto (neſcio quidem a maleuolis incitatus, an
inuidia nobilitatis) in C. Marium noua roga-
tione tranſferre conatus eſt. Cui peſti niſi
me fortiter oppoſuiſſem (de me taceo) fuiſſet
autem ſenatus auctoritas non debilitata mo-
do, ſed radicitus euerſa: curia deinceps a ne-
mine bono frequentaretur, quando abolito
iure ſenatus omnia libidine tribunicia decer-
nerentur: tuas quoque gallias Cæſar, vnde
non mediocrem virtutis famam reportaſti,
aliquis tibi Myſorum poſtremus vel fullo
vel ſutor eripuiſſet. Quid? inuiderem C.
Mario, quem nunquam mihi parem exiſti-
mauerim? CÆS. Multos geſſerat continuos
conſulatus, SYLLA. Leuitas populi fuit qui

ſępe improbos ſuiq̃ ſimilimos beneficiis pſe
quitur. CÆS. De Iugurtha triũphauit. SyL.
Quãquam illud bellum virtute Metelli ma
gna ex parte confectũ erat: tamen adhuc triũ
phus ſucceſſori fortaſſe reſeruatus fuiſſet, ni
ſi egomet Iugurthã a Boccho rege impetra
uiſſem. CÆS. Cimbros Theutoneſque cęci
dit. SyL. Has etiam victorias cum C. Mario
communes mihi duco: ſiquidẽ legatus in his
pręliis haud paruam operã nauauii. Poſt hac
victorię Marii conticuerunt, & belli ſplẽdor
obſoleuit. At enumera quę ipſe in Italia Sici
lia Græcia Aſia geſſerim, q ſemel prælio Ma
rium vicerim, deĩde redditus fama necarim,
ad hęc C. Marium filium, quẽ paternę furiæ
agitarant, ad conſciſcendam vltro ſibi necem
compulerim, iam facile intelliges quantũ illi
viro antecellam. Atque alios cõplures ea tẽ
peſtate ſapientiſſimos homĩes & fortiſſimos
imperatores, quibus nunquam caruit, ſena
tus habebat. Quę apud exteras gentes eſſet
exiſtimatio de noſtro ordine, ſi Marius impe
rator aduerſus Mithridatem miſſus fuiſſet?
dicerent nos ignauos ĩbelles ineptos ad obe
undam huiuſmodi prouinciam ab Arpinati
bus ducem impetraſſe, vt olim lacedæmonii
contra meſſenios pugnaturi Tirtheum ab

Athenienſibus obtinuerũt. Proinde nõ fuit inſerendum in noſtra republica adeo fędum exemplum: neque fuerũt nouis hominibus aditus aperiẽdi, vt ſęſe ſupra ſuam naturam attollerent, quibus vtilius eſt parere quã prę/eſſe. CÆS. Neſcio mediuſſidius cur tantope re extollas nobilitatẽ, quũ plęrique reperian tur, quibus ſi nomen hoc ademeris, indigni luce iudicabunt. SyL. Et ſi nonnullos contin git a ſuis parentibus degeneraſſe, qui eo ma/iore odio digni ſunt, quod ſpretis legibus ho neſtatis, ad quam virtute maiorum quaſi lu/mine inuitabantur, maluerint vitam ſordidiſ ſimis vitijs inquinare, tamen ſi canes equi & alia animalia optĩa ſunt, quæ generoſiſſima: certe veriſimile eſt idem in hominibus eue/nire, eo quidem magis, quoniam nobiles vi/ri, qui vbique locorum in pręcio habentur, & natura, & inſtitutione & ſuorum exemplis (quos rari ſunt qui non imitari velint) ad vir tutem accenduntur. At vilis & indocta mul/titudo nulla maiorum habet veſtigia quę ſe/quatur niſi turpia, quorum magis conduce/ret obliuiſci: quocirca ingenuis diſciplinis nõ tam ob ignauiam, quam quod hortentur ad virtutes infeſti ſunt: quas ſi quando nanciſcũ tur, videlicet bonę artes quum ad ingenium

ſibi diſſimile acceſſerint, commutata natura in factionem vitiorum abeunt, ac veluti viliſſimi tranſfugæ fractis pudoris atque modeſtię clauſtris omnia per ſummum nefas perturbant. Nam Pompiliorū & Catonum exēpla nō facile reperias. In vniuerſum id dixerim: ex bonis plærumque deteriores, ex malis vero niſi mali non procreantur, vt Therſitē Codrus interdū generet, Codrus a Therſite nunquam generetur: peruulgatum eſt mali corui malum ouum, & hiacinthum e ſquilla nequaquam prouenire. CÆS. Ita eſt vt dicis Sylla, agnoſcimus aliquot virtutis tuę rudimenta, nunc etiam aſpicere Marij errorem incipio: cui non eſt amplius in animo patrocinari nec enim fas eſt malefacta cuiuſquā defendere, vbi rationem repugnare cōſtiterit. SyL. Sero Cęſar ĩcipis oculos aperire, & quaſi de longiſſimo ſomno expergiſci. CÆS. At ego non intempeſtiuum puto quoties emendare atque in melius vertere licet. SyL. Nullus neque locus neque tempus, neque rerū ſtatus prohibet immutare voluntatem: cæterum quo pacto cædes rapinas iniurias bonorum reipublicęque ac pene orbis terrarū vexationes apud inferos, vbi cuncta geruntur alieno imperio, corriges? irrita ſunt vota nec

ſurdis auribus principis exaudiuntur: prẹmi um & ſupplicia iudicum irrogantur arbitrio. Nunquam recordabare mortalitatis tuæ? nõ veniebat in mentem fragilitatis & inconſtantiæ rerum humanarum? non ſuccurrebat Iouis ſuperni teſſeras nũquã nõ recte cadere? an tibi narium putabas affuturum, cuius ſatelles fẹdere ſcelerum ac nefaria ſocietate cõiunctus fuiſti? At ipſe porro nequicquã ſuos errores deplorat. CÆS. Nolim Sylla tibi perſuadeas me vllius neceſſitudinis gratia ſecutum fuiſſe partes Marianas: verum quod occupandus ea potiſſimum via principatus videbatur. Ad excitandum vero bellum ciuile ſum neceſſitate compulſus, quum reſcindenda magnis viribus tot impedimenta fuerint: alioquin parricidium eſſet ciuium ſanguine manus commaculare: quos tamen vniuerſos præter capita factionis aduerſæ incolumes volui: vndique mea vox in Pharſalico prælio circumſonabat, vt ciuibus parceretur: multique iam profligatis omnibus aduerſariis, & bellis ciuilibus extinctis mea clementia ſeruati ſunt, quum pœnam iure belli meruiſſent. SYL. Tanti ne fuit iſtec dominatio, vt per vulnera reipublicẹ petereſ? CÆS. Propter imperium nihil non fas eſſe, in cẹte

tris vero rebus pietatem colendam arbitror. Quo magis te Sylla demiror, quod teipſum abdicaris a pulcherrimo terrarum imperio magnis a te difficultatibus adepto, & ſenatus cõſulto populique auctoritate in perpetuũ cõfirmato. vnde multis occaſio carpendi tui relicta eſt. Quidã opinantur abiecti animi fuiſſe quod te imparem tãtę moli ſenſeris, quod tuis humeris ſuſtinere pręgrandis principatus onus non valueris: alij calumniantur ſenectute iudicium amiſiſſe: multi etiam mente captum affirmant: mihi vero neſciſſe litteras videris, nec vllam rerum pręteritarũ memoriã habuiſſe. Haud alia fere materies bellorum omnium ab orbe condito fuit. Quoties populus Romanus ferociter cum nationibus pro imperio dimicauit, tametſi multis eius poſſeſſio futura communis erat: cõcurrunt gẽtes inter ſe regnãdi cupidine, fratres in arenam progrediuntur, nati parentes trucidant: ad principatum feſtinantibus iura legeſque nihil officiunt: ad hoc tam pręclari conatus nulla nec impietatis nec irreligionis notantur labe: nam quo pacto mortales vocabuntur in calumniam, ſi huiuſmodi affectionibus dij quoque perſtringantur, & quod tu facinus arbitrare, mutuis odijs inter ſe diſ

ſideant, doliſq; in faſtigium nitantur? Singu lis horis atque momentis inuocamus Iouẽ optimum Maximum, eique Vota nuncupa mus, quod non minus iuſtus, ac beneficus in omne genus hominum, noſtraque ſalus in eius eſſe tutela exiſtimatur. Atqui ille ſan ctiſſimus deorum patrem ſolio ac diadema te per vim ſpoliauit, ac regno expulit: quod ſemper timuiſſe videtur Saturnus & ipſe a nimi a parricidio non alieni, vt a ſe potius deuorandos liberos quam educãdos in ſui detrimentum ſtatuerit. SyL. Non ſinam te Cæſar diutius in tanta turpiter hallucinatũ impietate verſari, nec ſacrilegis aliorum er ratis accedentem a cognitione ſummi boni verique immenſo ſeparatum interuallo exi ſtere. Videndum autẽ in primis eſt nõ quid quiſque de dijs ſentiat (quando plęrique fig mentis anilibus impudentiſſime diuina cũ humanis permiſcuerint) ſed quibus potiſſi me ſapientem deceat fidem adhibere, ſiqui dem qui friuolis mendaciis leuiter inheret, bis impudens eſt: nam & alienam culpam probat, & ſibi nouum errorẽ inducit. Quid autem abſurdius quam credere deos nõ tã tum inter ſe bella gerere, ſed etiam cum mor talibus congredi, alios odiſſe, aliis fauere, &

victos, interdum etiam vulneratos huma-
nis viribus ſuccubuiſſe? Hæc videlicet ſie-
bant Homeri temporibus & Heſiodi: nunc
vero vel omnes dij confecti bellis perierũt,
vel non audent amplius in terram deuola-
re: nullum enim ætate noſtra vidimus aut
audiuimus: quãquam & terræ grauioribus
armorum ruinis quatiebantur, & quotidie
pluribus aris litabatur. Dii quidem quum
ſint immortales, ſempiterniſq; ſedibus ſem
piterna gloria fruantur, auctores bonorum
omnium quæ aut oculis hominum aut mẽ-
te perſpici poſſunt (nam ea mala quibus fre
quenter mortales affliguntur, e ſuis flagitiis
ortum habent) dii inquam ſtulte creduntur
mutuis inter ſe odiis laborare, qui vel huma
no generi additis virtutum igniculis in na/
tura pręcipiant, vt inter ſe caſte atq; concor
diter ætatem agant, ac veluti parentes ſem-
per ad honeſtatem incitant. Quod niſi de-
flectendum eſſet ab incepto ſermone, mul-
to apertius tibi facerẽ deos Apathes ab om/
ni contagione q̃ longiſſime abductos orbẽ
vnanimi concordia gubernare: quod præ-
ſertim ex ſtellis certiſſimo colligitur argu-
mento: quæ ſi vel dii ſunt, vel (quod magis
putarim) iuſſa deorum exequũtur, qui mor

caſſibus inuiſibiles penitiſſimis aditis reſidẽt certis legibus & mira viciſſitudine emergẽ tes occidẽteſq; ad continuã rerũ propagatio nẽ & decorẽ vniuerſitatis demonſtrant in ſupremis deorũ ſedibus nihil non agi ſum= ma cũ ſapiẽtia atq; virtute. CÆS. Sua cuiq; opinio blanditur quum veritas in occulto eſt: Cęterum (vt de cęlo in terrã oratio deuo cetur) pręſtantiſſimi habiti ſunt omnes, qui ſuas cogitationes altiſſimis in rebus defixas tenuere, imperiũq;, quod animo concępiſ ſent, ortu ſolis & occaſu terminauerũt. Stu= pidos vero nemo inficiatur, quos humi re= ptãtes nulla rerũ illuſtriũ cupiditas ad glo/ riã excitauit. Ac mihi quidẽ videtur excellẽ tiſſima ingenia ſaltem duabus maximis de cauſis ad ſummũ niti debere, ne ſcilicet indi gnioribus ſe pareant, tum imperio potian tur: quare nihil in terris amplius aut pul= chrius hominum poteſtati natura tribue= rit. Quod ſi quiſpiam tacitus hæc ſecum re= putauerit, nequaquam diuerſus a mea ſen= tentia recedet. Igitur ex antiquis regibus, la bente quotidie vita noſtra in deterius, facile coniectura poſſumus aſſequi, quales prin= cipes habituri ſint mortales. Priſcis tempo/ ribus a quibus hęc ętas degenerauit, rara do

cumenta ſanctitatis in principibus apparue re. Tu nunc ſperas Minoas Aeacos & Rhadamāthos? quin potius aut diomedē Thracem, aut Buſiridem Aegiptium, aut aliquē Agrigentinum Phalarim expecta. Ita plęrūque fit, vt hęreditaria regnorum ſucceſſio procliuior ad impotentiam & alia ſcelera, ꝙ vlla tyrannys exiſtat: ab Heroibus enim nō ſemidei, ſed fere noxę procreantur. Demus tamen quempiam regem natura benignū liberalem virtutis amantiſſimum: quā citiſſime lenitatem hanc omnem conſilia malorum peruertent. Quid detractores & inuidi? ceſſabunt aut inſecare lingua, aut virus in auribus principis inſtillare, quoad cuiuſque optimi virtutem reddiderint inuiſam: quam vt extinguant, ſub ſpecie beniuolentię duriſſimis prouincijs onerabere: vel tibi labores herculani proponentur vel Chymere Bellorophōtis obijcieris, vel vt iugurtha parentum noſtrorum memoria profligare difficillimas bellorū procellas cogeris. Quid ſi vel iniquitate locorū vel hoſtiū magnitudine, vel arbitrio fortunæ, cuius vis pręſertim in bello multum pollet, infęliciter geſtare exercitum amittas, audebis patriā reuiſere regique, cui carnifex animus eſt, tę

oſtendere, aut inermis furorem in republi/
ca concitati populi ſubire? Quicquid acci/
derit aduerſi (licet optimas rationes conſilio
rum explices) intemeritatē tuam & impru/
dentiam torquebitur: Nam fere vſu venit
vt conſilia euentis ponderentur, & cui res
aduerſę præter ſpem contigerunt, ille nihil
omnino proſpexiſſe dicatur. Interdum etiā
corruptus hoſtium auro proditionis inſi/
mulabere. Quapropter accepta ignominia
niſi ciuium crudelitatem experiri malis, Al/
cibiadis Cononis Thucididis Annibalis ex
emplo ſolum exilij gratia vertendū eſt. Syl.
Quid ſi redeas victor omnium opiniōe ſu
perata? CæS. Num ideo conquieſcent odia
malorum? aut inuidia felicium rerum alum
na conticeſcet? Vtinam non irritarentur in/
uidorum animi aliena gloria, & in virtutē
peſtiferos gladios non acuerent: ſiquidem
imprimis honeſtum arbitrantur magnitu/
dinem beneficiorum maxima ingratitudi/
ne compenſare. Non venit in mentem Mil
ciadis atque Themiſtoclis libertatis grę/
ciæ propugnatorum, vt hic ob liberatam
patriam in exilio ille vero in vinculis mori
coactus ſit? Quid præterea virtute Coriola/
ni, quid Camilli, quid Aphricani, quid Aſia

ćici fratris Aphricani aut fortius, aut ſubli/
mius, aut populo Romano conducibilius
fuit? Contra quid magis ingratum ciui/
tate noſtra, quæ optimos ciues ac de ſe be
ne meritos variis criminibus in foro atque
iudiciis petulantiſſime proſcidit ac iniuſte
damnauit? Haud aliena mihi quoq; merces
ab inimicis meis propoſita fuerat: qui con
ſtituerãt ſi priuatus redirem, poſtquã vtraſ
que gallias decenio poteſtatis Romanorum
feciſſem, eorum omnium, quæ ad ſplendo/
rem & decus populi Romani geſſeram, cir
cumpoſitis armis in foro rationem publice
reddere. Hac in ſpe prouincias ſuſcipimus
adminiſtrandas, & cum hoſtibus confligi/
mus: hæc pręmia pro vulneribus totieſque
ob rempublicam fuſo ſanguine referuntur?
Sed alius dixerit nolo ductare exercitũ, aut
aliis pręeſſe, mihi mediocris in ciuitate degã
Nulla mehercule ſeruitutis expers conditio
futura eſt, nec tamen nunc cõnumerabo ra/
pinas libidines, eorumq; qui ius in alios ha/
bent, ſuperbam dominationem, atq; alia pe
nę infinita, quæ domi grauiſſima perferun
tur. omitto etiam quoties ærarii nomine lu
xuria Satraparum & auaritia tuis fortunis
explenda ſit, illud vnicuique luctuoſum, ac

in primis tenuioribus ciuibus funeſtum eſt quum gerendum erit bellum non pro liber tate neq; ex commodo publico, ſed vnius li bidine atque dementia, neceſſe eſt nomẽ da re militiæ; deinceps innumeri terra mariq; labores adeundi ſubeundaque plurima vi tæ pericula, quoad vnius deliramenta ſan/ guine multorum expientur. Helena ſeu la uinia præmium victoriæ futurum eſt: aut Indię Scytharumue deſerta ſtultis regibus exploranda comites vniuerſos, fame, ſiti, æ ſtu, frigore, clade, cõficient: interdum in flu uios expeditio ducenda: nonnunquam mõ tibus exequandis ſiccandoq; mari cogetur operã nauare miſera vulgi multitudo: nec putes labori quietem impetrari poſſe ante quam vel parens tellus dolore obſtupeſcat vel compedibus neptunus conſtrigatur. Al tera ex parte faſtigiũ regale imperãdiq; dul cedo mirabiles excitãt amores: finge te Syl la eminentiſſimum æquam dijs poteſtatem aſſecutum, qui ductor ſis claſſium, exerci/ tus imperator, multis equitum atq; ſatellitũ cohortibus vallatus in ſumma opulentia re rumq; ſucceſſu, arridentibus vndecunque fortune blãditijs, nutu Iouis in morem om nia gubernes, alios terra alios mari perſequa

ris,caſtiges rebelles,ſuperbos excidas,ſub
iectis ignoſcas,adſis preſidiis tuam opem im
plorantibus. Tum reges occurrant priuati,
abiectiſque regalibus ornamentis aduoluti
tuis genibus ſeſe ac regna tibi dedant, vitã
que vna cum dignitate arbitrio tuo ſummit
tant: quorum alios tua liberalitas priſtinæ
fortunę reſtituat: aliorum perfidia clemen
tiam a te non impetret: inſuper hos diſtes, il
lis honores & præfecturas largiaris in ſum/
ma quẽ libuerit, extollas & pręcipites: Quos
fauores hominum ſenties? quot audies accla
mationes? quæ vota publice priuatimq; pro
tua ſalute ſuſcipientur? SyL. nempe multi
riſum in conſpectu Sardonium ridebunt:
multi etiam clanculũ ſubſannantes genui/
num infigẽt. CæS. Quicquid dixeris(qua
lecunq; autem illud fuerit)ſubductis ſuper
ciliis admirabundi laudabunt: paſſim prædi
cabere diuina loqui, tonare etiam & fulgura
re: ac vice oraculi ſermo tuus per ora popu
li circumlatus habebitur. Quum ſemel toto
trienio te vniuerſę ciuitati oſtenſurus pla/
teas obequitabis, quamuis more perſarum
velata facie, tamen vulgum quaſi aliquid au
guſtius humana ſpecie viſurum, dum cre
dit numen quodpiam ſub hominis forma

latere, videbis vndique certatim concurrere, alios ex feneſtris proſpectare, multos fornices epiſtyllia tectaque domorum conſcendiſſe repletis omnibus plateis: atque ibidem ſtudio e proximo conſpiciendi alios inter ſe trudere, aliꝭs preſſura proculcatis nonnullis etiã ſuffocatis interemptiſque. Tum ędium veſtibula tapetis & auleis ornari, vicos ſpargi floribus, extrui tẽperarios arcus, imagines tuarum victoriarũ in ferculis vectari. Quid autem dicam de his qui adolẽt odores exoticos & diapaſmata, ſymphoniacoſque pueros proponũt? Quorſum enumerem tibicines, alioſque muſicos omnigenis inſtrumentis voluptatem prouocantes? ante omnia iucundiſſimę ſunt ac ſimul pectus & ſenſus permouẽt vniuerſos ille populi crebræ voces immẽſas laudes applauſu maximo congerentis: pars inuictum, plęrique fœlicem, haud pauciores patrem patrię dictitant: non deſunt a quibus terrenus Iupiter nuncuperis. Atque vt pulcherrimus tãto cumulus honori accędat, ſub cataſtrophem huius ſpectaculi alacres in medium procurrunt, qui ſęſe non ſane noxa neque ob metum, ſed æmulatione decoris pro tua incolumitate deuouerunt, mutuiſq; vulneribus in tuo conſpectu trucidantur. Vnã

Sylla vidiſſes magnificentiã atq; ſplendorem meorũ triũphorũ cũ ſpectaculis apparatiſſi/mis, affirmauerĩ te pedibus in meã ſententiã iturũ. SyL. Hiſpanicũſem innuis an Aphricanũ, q non de externis victis agebant, ſed de ciuibus & liberis Cn. Pompei? Quibus oculis putas huius luctuoſi ſpectaculi funeſtã lętitiã a populo inſpectatã? maxime quũ intueretur imaginẽ Scipionis in pompa delatẽ ſibi gladio pectus traijcientis, & effigiem Petrei inedia ferroque ſe necantis? Nempe vel ſola Catonis forma repręſẽtata, quo pacto manibus veſtem atque recentia vulnera dilacerauerat, gemitus & lachrimas inſpectantibus excuſſit. CÆS. Nihil citius lachrima areſcit pręſertim vulgi, qui miſeratur aliena mala. Quamobrem facile vno epulo atque congiario redijmus in gratiam, omneſque veteres iniurias pręſentia commoda oblitterarunt. SyL. Fateor his animos plębis deliniri: ac in ſeruitutem addictę nummo pertrahi, ſed æmulorum, quibus honores libertatem omnem viuendi iucunditatem ademeras, fuit inſanabilis dolor. Nolim exiſtimes nobilitatẽ Romanam ſtoliditati Capadocum auctoratam eſſe quibus perſuaſum erat, viuere populum ſine rege non poſſe: excelſi noſtris hominibus

ſemper animi fuerunt & inſueti iugum pati;
Cæterum de his ſatis eſt, redi ad cardinem.
CÆS. Præterea vis amoribus operam impē
dere, ſpecioſiſſimę virgines adducentur: ve-
ſcendum eſt, ſibariticis menſis accũbes. Quis
prohibet aut parthicis indulgere conuiuijs,
aut quę concupiueris, illico perficere? omnia
ex animi ſententia veluti diuina virgula ſup
peditantur. Proinde non deſiſtes mihi teme-
ritatis nomē impingere, qui hæc affectarim:
vide potius ne ſtolidi ſit, atque oĩi ſenſu ca-
rentis tot aceruos laudis, tãtam voluptatis ac
cumulationem contemnere. Haud raro ſolet
euenire, vt ij quorum oĩs cura eſt numero ſa
pientum haberi, maxime deſipiant, ac merito
pro gloria pręmium ſtultitiæ reportent. Atq
opinor Sylla te aliquoties erroris tui pęnituiſ
ſe: mihi vero vt diuturna poſſeſſio tantę fęli-
citatis iucundiſſima fuiſſet: ita nunc ſane mę-
rore pœne conficior, quod repente faſtigio
deiectus ad hanc rerum inopiam & ſolitudi-
nem (ne manticis quidem relictis) deuolutus
ſim. SyL. Cæſar operepręcium eſſe arbitror
ante ratiões depoſitę a me dictaturę, quę ſem
per obnoxia maledictis improborum homi-
num extitit, aduerſus cõuitia defendere, quã
luce clarius oſtendam te magnis in tenebris,

ſummaque verſari cęcitate, vt ipſemet agno-
ſcas, ac tandem confitcare (ſi per pudorem li-
cebit) hoc tuum Tyrānidis patrocinium nul-
lis veritatis ſubſiſtere fundamentis. Male in-
quis de te ſentiūt homines, ſed mali profecto,
quibus nunquam probari vitam meam opta
ui: nec enim vllius tā admirabilis virtus fuit,
nemine inter mortales adeo præclara facino-
ra extulerunt, cuius glorię malignitas nō ob-
ſtrepuerit, inuidia laudem non ſugillauerit:
nullum contra flagitium tam nefarium, nul-
la tam impotēs dominatio audita eſt, quę lau
de caruerit atque fautoribus, vt ſtudia animū
cuiuſque impellunt, ita rebus vel laudandis
vel culpandis inclinantur. Eorum certe qui-
bus omnem vim recte ſentiendi vitiorū pra
uitas abſtulit, longe maxima pars eſt: quidam
amore obcęcātur: alios rapit odium: multi iu-
dicant ex proprio commodo: alij vero alijs af
fectibus feruntur. Pertimeſcerem ego iſtius
fecis cicatricoſum iudicium? aut me permo-
ueret nequiſſimorum hominum auctoritas,
qui veluti quodam violētiſſimo turbine per
pręcipitia cupiditatum ac perturbationum a
curſu rationis abſtrahuntur? At qui neminē
opinor bonum atque integro & ſancto ani-
mi iudicio fuiſſe, neque poſthac futurū, qui

vel opera mea vellicet, vel conſilijs cõſtantiã abroget ac maturitatem. CÆS. Nimis de te magnifice ne dicam arroganter prædicas. SyL. Ego quoque ſentio vani eſſe hominis in proprias laudes excurrere abſque occaſione, ſed quũ a calumniatoribus arceſſitur ĩ dedecus, laudabile eſt infamiam quomodocun que a ſe depellere: neque te Cæſar debita laude fraudauerim, ſi quidem magnũ alioquĩ & præclarum virum ſemper iudicaui tum in ciuilibus negotijs & adminiſtratione reipublicę, tum etiam imperatoria dignitate, bellicæque fortitudinis operibus; hac vna dominationis immoderata cupiditate excępta, quod ipſe certis ſignis quum prędidiſſem, decreueram tuo capite manibus Marij parentare. Cęterum ſtultis amicorum precibus expugnatus tanquam e cauea furentis lęenæ catulum emiſi, qui adoleſcens ſpiritu viribuſque comparatis orbem ſanguine ciuium cruentaret: atque eam nobiliſſimam rempublicam, quæ meis conſilijs atque periculis a ſeruitute liberata, ac ꝓpe funere erepta priſtinę fuerat incolumitati reſtituta, is inquam flagitioſus Marianorum ſcelerum miniſter furore percitus exagitatam bellis, cladibus funeſtam, hebetatam viribus & prorſus exãguem immaniſ-

ſimis hoſtibus obuiam prędam relinqueret. Porro tibi perſuadeas hanc prerogatiuã Cæſari ſuo venerem a Ioue impetraſſe, vt illi vni mortalium omnium liceret per cædes latrecinia vaſtationem ad principatum proficiſci, cunctis bonis artibus imprimis boni & æqui funditus euerſis. Mihi autem lõge mens aliena eſt: nec vnquam hæc opinio penitus inſita inueterataque extorquebitur, quĩ putem nefas eſſe hominem aliquid homini detrahere, & alieno incommodo ſuum commodum augere: niſi vero temere ſiccarijs & raptoribus pœnã capitis legibus irrogari ſtatutum ſit, ac in vnum quodque facinus more maiorũ grauiter animaduerti. Quum igitur leuiora delicta iubeantur atrociſſimis expiari ſupplicijs: euerſoribus vrbium, & quorum opera publica ſalus oppugnata & libertas extincta ſunt, credis impunitatem propoſitam eſſe? alioquĩ & impios Gygantum conatus, ſpeſque ſacrilegas olim conſenſu gentium execratas, iam tua ſentẽtia laudi poſteritas aſcribet. Quocirca (vt ad meã cauſam quaſi poſtliminio reuertar) quod nequaquam inuitus aliena poſſeſſione deceſſerim, æquiſſimi atque fortiſſimi animi fuit. Quippe omnia peſſum eunt, diuinaque non dignoſcuntur ab humanis, niſi

his qui magiſtratus gerunt non ſolum ã ciui
bus iniuriam propulſent,& malos ab inferen
da prohibeant;verum etiam ſi minus incipiẽ
tes a lare,tum ſuis affectibus ſtatuant modũ,
tum incitatiores cupiditates frenent:quineti/
am niſi manus a rapinis,& oculos ab impudi
co temperauerint aſpectu,ad mores potẽtio/
rum reliqua multitudo componitur, vitam/
que principis exemplum ſibi ac normam vi/
uendi propoſitam eſſe putant. Quod ſi prin
cipes non magis libidinibus regerentur,quã
regerent libidines,& acres ſuorum vitiorum
vindices exiſterent, profecto non inuadere/
tur tot prauitatibus, genus humanum, labe
ſcelerum paſſim veluti contagione ſerpente
ac ꝓxima queq; occupante, vt rara mẽbra ali
cuius ordinis integra relicta ſint. Nũc tecum
Cæſar examina vtrũ videar reprẽhẽſione di
gnior an laude,ſiquidẽ minime ꝑegrinis mo
ribus ingnatus per maiorũ decurrendo ſemi
tas me ipſum vici,meiſq; commodis & volu
ptatibus peperci,vt ea quę noſtrę reipublicæ
vſui eſſent,mea potiſſimũ cura ſtudio diligẽ
tia proſpicerentur. Accædebat ratio conſer-
uandæ voluntatis eorum; quorum collocati
meritis eramus in ampliſſima dignitate. Hi
quum imperium Romanum longe lateque

propagaſſent, inuictũ eſſe (ſi dĳs ita videre-
tur conuenire) voluerunt: quod nequaq̃ futu
rũ arbitrabant̃ ſi a iuſtis legitimiſq; magiſtra-
tibus ac imperandi viciſſitudine ad vnius ar
bitrium ſumma reipublicę deuolueretur: et-
enim ſatis apparebat diuiſum iri mẽtes ciuiũ
& fore vt multas in partes corpus reipublicæ
ſcinderetur plęriſque ad culmen regię domi-
nationis aſpirantibus. Quis autẽ alteri cæde-
ret in libera ciuitate quũ ius omniũ cõmune
eſſet? aut qs tã humili ſorte ĩ obſcuro eſt, q ſe
dignũ prĩcipatu non credat, & alĳs anteferri
nõ ſtudeat, eo iã ĩpudẽtię & ãbitiõis vẽtũ eſt.
Idcirco diſcordię grauiſſimę cũ acerrimis cõ-
tẽtionibus ciuile bellũ ſuſcitarẽt, ac vſq; adeo
cędibus ĩter ſe furerẽt, quoad ſuis ipſorũ viri-
bus cõficerent̃, imperiũq; totius orbis clariſſi
mũ oĩbus ex paribus quaſſatũ rueret ac pẽit⁹
extingueret̃. CÆS. Ita ne rudes aĩ fuiſſe nr̃os
maiores exiſtĩas, vt aliqd in rebus hũanis ppe
tuũ apd̃ ſe ſtatuiſſẽt? ita ĩperitos antiqtatis vt
nõ habuerĩt ante oculos quot ampliſſima re-
gna potẽtiſſimęq; reſpublicę fluxu tẽporũ a
ſtirpe interĳſſent? Haud aliter ſęſe hũanę res
habẽt, ac ſydera: hæc eĩ exoriunt̃, illa occidũt,
ac per vices imperia ſortiuntur. Olim regnũ
ægiptiorũ abunde clarũ ac gẽtibus formido-

loſum fuit:at hi nunc ſalutem ſuam populo Romano commendarunt. Fama eſt Amazonas multis nationibus imperaſſe, quarũ nihil præter nomen ad noſtram ætatem peruenit. Viguerunt Aſſyrij: Parthorum duodeviginti regna fuiſſe produntur: terribiles Perſarum copię terra marique metuebãtur: quæ plane omnia aut euerſa ſunt, aut multum a ſuperiore fortuna deciderunt. Quid Athenienſes Lacedemonij Macedones? Nonne late imperio potiti ſunt? nũ Carthaginenſium opes ingentes non meminimus? at omnes hi ceruicẽ Romanorũ, poteſtatibus flectunt, victique iugum patiũtur. Vnde facile eſt conijcere imperii quoque populi Romani propediem interitum fore: Quęlibet ętas ſuis rerum mutatiõibus perſtringitur. Porro quis tot conuerſiones tantam temporum inſtabilitatem non admiretur ac obſtupeſcat? Hi græciam occupauerunt: illi Aſiam: alij in Sicilia conſederunt: ab alijs hiſpania poſſeſſa eſt. Quæ demum natio Italiam ſuę ditioni vendicare non tentauerit? fortaſſe poſthac eueniet, vt aliquę gentes incognitę ex Scythicis nemoribus in Italiam migrent, iuſque Romanis ac Italicis populis ex capitolio dicãt. Quare ſuper-

uacuã mihi videtur hæc tua de poſteritate ſollicitudo: quę neceſſitas allatura eſt, humano conſilio repelli nequeunt aut immutari: nam & princeps poætarum cecinit. Non potis eſt ſixas parcarum auertare leges. SyL. Quæ poſtremo de vi fatorum adieciſti, inexplicabiles aufractus habent: opinor hæc in ſcrinio Iouis tantum ſeruari, nunquam ad mortales perueniſſe. Itaq; ne videamur in tenebris palpare ſatius eſſe puto nos quęſtionem hanc ſilentio prætermittere. CÆS. Redeas igitur ad inſtitutam diſputationẽ. SyL. Non inficior equidem res humanas mutationibus obnoxias crebro fortunę volubilitatem experiri: nec enim cuiquã dubium eſt, nihil æthernum conſtanſue cęli ambitu complecti, nullius pedes adeo incõcuſſa ſtabilitate figi, vt proni ad lapſum nõ ſint Quapropter non ſumus ita leues vt ſperemus dominationem Romanam cunctis ſæculis duraturam: cæterum fœlicẽ optamus ac diuturnam. CÆS. Atqui vereor ne multorum opinio ſit eam nimis diu floruiſſe in magnis præſertim ſeditionibus & malis inteſtinis. Cogita quãdiu reges vrbi præfuerint, quamdiu reſpublica per conſules adminiſtrata ſit, longam ſeriem annorum inue-

nies: mirum quo pacto iam ſeneſcens impe-
riū quicq̃ ſui priſtini vigoris retineat. SyL.
Prǽcipuę quum tu Cęſar ipſius viſcera lace
raueris, cęteriſq́ tradideris lacerāda. Viguiſ
ſet profecto vigeretq́ diu, ſi non tibi ipſi, ſed
populo Romano dominationem compara
uiſſes, eiuſq́ fuiſſes honorē tutatus: non do
lerent hodie tui Ciues impunitas Caſſiana
clade legiones. CÆS. nimirū iſte dolor nū/
quā ad me peruenit. Syl. Ergo tibi ſoli viue
bas, qui nec bonis tuorū lętareris, nec malis
ingemiſceres? neſcis te cū naturam tot ani/
mi & corporis dotibus muniuiſſe, tū ad ſum
mos honores indulgenter a fortuna proue
ctū, vt ex tua induſtria quā plurimi fructū
decerperent? CÆS. Decet mehercule ſuam
quiſq́ rē agat, ſuis cōmodis attētus ſit: ex ſu-
perfluis vero liberalitatē exerceat. SyL. qua
ſi nō hæc potiſſima ſit, deorūq́ potētię non
æquiparetur: quippe nec alio itinere liber
pater, Hercules, Ceres, Pallas & alij ad diuini
tatē profecti ſunt. CÆS. Sylla nimiū obſole-
ta vetuſtate narras: q̃ ſi res ita ſe haberet vti
ais, nihil iſtoc magis tuę ſentētię ſubſcribe-
rē: ſed cōtrahe iā vela, & curſum, quo cępe-
ras intēde. Nequeo tamē intelligere quō te
iſto ex labyrinto euoluēs: hæc quam maxi/

me pugnant inter ſe: perpetuus Dictator; quum nihil minus cogitares, renũciatus es: quod omnes ordines & magiſtratus ratum habuerunt: & ipſe (licet diſſimularis) approbaſti. deinde contendis cędendum fuiſſe de iure alieno, quaſi vero iniuſte poſſideres ea quæ partim eſſlagitare tui labores videbantur, partim conſenſus omnium in te collocauerat propter liberatã vt affirmas a ſeruitute ciuitatem atque in ſua priſtina libertate conſeruatam: quibus de cauſis duo clariſſimi viri Codrus in gręcia Cyrus in Perſide regno potiti ſunt. Hæc vſque adeo intricata ſunt, vt ad Sphyngem thebanum autorem referri queant, adeo quidem obſcura vt puteo (quemadmodum aiunt) cõſtrictus incedere per tenebras Heracliti videare. Syl. At ego facile tibi oſtendam orationem meam nulla in parte a ſe ipſa diſſidere, neque vllis ita nubibus velatam, quo minus prima facie intelligi poſſit. Quum populus Romanus ſummam in grauiſſimis periculis mihi poteſtatem mandaſſet, voluit ſuccurri periclitanti reipublicę: cuius incolumitatem vna cum vita ciuium atq; fortunis defenderem: non autem, vbi aliorũ Tyrannidẽ euertiſſem, ipſe confeſtim principatum arriperem: vrbs

autem vtroque modo libertate ſpoliaretur: atque(vt dicitur)dum Carhybdim declinat, incideret in Syllam,mens huiuſmodi non fuit vniuerſi populi nec inuentum, vt imperium in me perpetuum conferret,ſe vero in æthernam demergeret ſeruitutem. Cæterum id a meis neceſſarijs exquiſitũ eſt: quorum intererat officij me cunctis laudibus & ornamentis afficere. Igitur amici retulerunt ſenatus aſſenſus eſt, populus auctor fuit: tametſi tunc eadem ipſe mihi vẽdicare potuiſſem. Quid credis ciues noſtros beneuolentię gratia ſeu meę virtutis admiratiõe ijs me voluiſſe beneficijs proſequi: certe legionibus tribuerunt, ac tempori obſecuti ſunt. Quæ res oportuna mihi viſa eſt, donec reipublicę ſtatus ordinaretur: erant enim plus habitura ponderis quæ fuiſſent a vero legitimoq; magiſtratu inſtituta. Proinde cunctis ex ſententia perfectis, dictaturam depoſui, legiones reipublicę reſtitui, ſatellites dimiſi rationem rerum a me geſtarum ad nutum populi ſigillatim redditurus, vt nemo eſſet, cui minus conſtaret, me ob tutelam publice libertatis, non priuata ſimultate bellũ contra marios communes bonorum omnium hoſtes geſſiſſe. Sed finge cũctorum, or/

dinum alacritatem in me ornãdo fuiſſe ma
ximam & conſtantem, negabis eſſe magni
animi, quod abductus procul ab illecebris
& vanitate rerum humanarum, proculcatiſ
que ac diſſipatis teterrimis libidinibus: quę
vt plerũq; ſunt vehemẽtes & incitatę, ratio
nem ſubigunt, captiuamque poſt terga tra/
hunt: ſuperata denique laudis titillatione,
qua mortalium pectora maxime permouẽ-
tur, potuerim faſcibus imperatorijs carere,
pulcherrima re atque iucundiſſima, quem/
admodum ipſe arbitraris? Deſinant igitur
maledici calumniari à me quicquam vel fra
cto animo vel alienata mente factum fuiſſe:
quando neque per deuia, neque per obli/
quos tramites hoc iter primus fecerim. O-
lim Ptolomeus, Ariobarzanes, Seleucus re
gnum depoſuerunt: apud nos Cincinatus a
dictatura, Meſſalla Coruinus ab vrbis præ-
fectura ſe abdicarunt: imperium perinde at
que naufragium fugientes: in quo innume
ra mala aggeruntur, ad humilem ſtatum, ve
lut Aſylim quietis, intimumq; ſinum pacis
& ocij, vbi profundiſſime in vtramque au-
rem dormiendi facultas eſſet, deſcenderũt.
Poſthac animaduerte Cęſar an decere tuam
grauitatem videatur vnumquodq; ex pri/

ſtro impetu animi de more imperitæ plebe/
culę iudicare: diligenter omnes ſcrutandi
ſunt ſecretiores mentes receſſus,& penitio/
res fibrę pectoris accuratius diſquirendę,ſin
gula denique grauiſſimo iudicio tanquam
trutina ponderanda priuſquam de vita cu/
iuſpiam illuſtris viri ſententiam pronūties.
CæS. Hactenus maledictis reſpōdiſti: nūc
vero quemadmodum polliciberaris com/
para principum erumnas vna cum volupta
tibus. SyL. Sedulo tibi mors geram de ty/
rannorum cruciatibus, quos probe cogno
ſcemus ſi non ſuperficiem tanquā per tran
ſennam conſiderantes,ſed quaſi Lynceis o/
culis eorum anxietates introſpexerimus.
Deū immortalē quot veluti diducta Chla/
myde vectes,quot claui,quot tela,quot fędę
cicatrices & letalia quaſi chironis vulnera ī
toto corpore luxatis mēbris ac diſtortis ap/
parebūt? Si p̄terea propius intueamur qui/
bus curis conficiantur,quantos labores per
ferant,quas ſuſtineant vigilias,quam ingen
tibus periculis & inſomniis extereantur,ne
mo carebit admiratione,ſupereſſe nonnul/
los,qui tantū onus ab humeris nō excutiāt,
& hanc malorū hydrā priuata redimāt quie
te. Nā φ hebeti plęriq; iudicio nihil neq; ſce

leris nec turpitudinis ꝑtermittunt, quoad in ſummo conſtiterint hi perſonatam fœlici tatem cōſpicati, magnis calamitatibus inuol uuntur: ijs duntaxat quę oculorum & auriū ſenſu percipiuntur, animum intendunt, fę diſſimas autem ſub fuco deliteſcentes macu las non vident: quas ſi æque exploratas ha berent atque ipſe habeo, ſępenumero men tem ab iſta pulchritudine regnorū ad ſpes priuatas conuerterent: mox dilaberentur il læ feruentiſſimę cogitationes, & omnis ve/ ſana principatus inuadendi cupiditas extin gueretur, vt tandem nequaquam dubium eſſet humiles in agris ædiculas, & holerum in ocio tranquilliſſimo cibum longe præſta re teſſellatis pauimentis, & incruſtatis mar/ more parietibus, aureiſque tectis, quæ ſexcē tis columnis innituntur: vniuerſę inquam pompę ac ſtrepitibus armorum & ſuprę mę dignitatis: Porro tenuioris victus iucūdita ti neque perſarum apparatus neque menſæ Syracuſanę, nullę opes nullę delitię, nulla regum bracteata fœlicitas comparari poteſt Etenim qui regnorum adminiſtrationem ſuſcepere, ac gentibus, populis nationibus pręeſſe ſtatuerunt: non arbitrentur ſe ad de ſidiam natos & voluptates, quo vitæ curri/

cula molliter in magna rerum affluentia, ſum̄maque tranquillitate ad finem extremū deducerent. Atqui proponāt neceſſe eſt publicam incolumitatem communiaque commoda ſibi proſpicienda augenda & conſeruanda eſſe: vt quum ipſi iugularint, atque animū tutelę ſuorum intenderint, vrbibus atq; prouicijs eſſe quęſita ſalus & ſecuritas videātur. Quę ſi patribus familias neglig ēda nō ſunt: & gubernatores magnopere ſtudent vt ſuā quiſque nauim incolumen in portum appellat (interim nullum tempus ſine maxima ſollicitudine tranſigitur: cæteris quietem agentibus ductor claſſis domicilia ſolis & lunę momenta perpendit: nunc regionū & maris naturas metitur: modo digitis computat quot ſuperſunt dies ad ortum & occaſum Orionis atque Succularum, vt cautus impēdentes tēpeſtates aliquo defugiat receſſu, vel ſi deprę henſus ī mari fuerit impauidus pręuiſas excipiat & facilius euadat. Hic vrit Malea: Syplegades illic formiudantr: alibi Sytes & Siculi Freti vortices pectus exanimant: adhæc fluctibus inter ſe concurrentibus vehementer angit. Experuceras: iā arę ſub vndis depreſſę: iam inſtabiles arenarum cumuli & prę ruptę moles in cœlum pertingentes, aliaque

huiuſmodi curis aſſiduis penſitanda, quibus nauarchi velut exitialibus colubris impalleſcunt). quid in magno imperio conſtituti, quos omnes quarta luna genitos crediderim non ſecus ad ſeſe mala attrahētes, ac cęcias nubes? quantas commotiones quot æſtus quas tempeſtates & ſubitas ꝓcellas in magna morum & linguarum diſſimilitudine, ambientibus vndequaque ſæuis & minacibus hoſtiū copijs, non cogitent ſibi perferendas? Quod ingens regnū, aut quę reſpublica potens diu vel externorum bellorum vel domeſticarū ſeditionum fuit immunis? haud quieſcit vnquam genus humanum, nec ſtatu, quē fors obtulerit, contētum eſt. Quippe natura mortalium in hoc praua dici & exiſtimari debet, quod in ſuo quiſque negotio hebetior ſemper nouas res molitur, ſperans, ſi conditionē fortunæ mutauerit, ſucceſſus meliores adepturum. Proinde bis duntaxat a Romanis in tot ætatibus in tanta annorum reuolutione tēplum Iani clauſum eſt, alijs atque alijs bellis, veluti capitibus Hydrę ſuccreſcentibus: quæ quum aliquando breui tamen interuallo conquieuiſſent, ciuilibus diſcordijs exagitabantur: quod malum inteſtinum citius vel ampliſſima imperia, quam vllus hoſtis euertit. Por-

ro quoniam homines procliuiores ad facinora ſunt, quam ad virtutes, a quibus facinoribus nullius auctoritate, ne deorum quidem immortalium maieſtate deterrētur, quotidie varij tumultus atque Panici terrores in agris & ciuitatibus compeſcendi, ſanandæque diuerſorum ſcelerum peſtes exoriuntur. Num credis paucos ad tuas opes & potentiam incūbentes imperandi libidine torqueri? ac dies & noctes anxie cogitare quemadmodum affectatam Tyrannidem animo gladiatorio arriperēt? In ampliſſima dignitate ſuſpecta ſunt omnia, timentur amici: familiaribus non confiditur: a liberis & vxore cauendum eſt, illa vitę cōditio miſerrima eſt: vbi magis ſpei ad tutelam ſui corporis in barbaris hominibus & canum fide reponitur, quam in ijs, quos genueris nedum tenuiore neceſſitudinis vinculo copulatis: adhoc non opes tātum, ſed ingenium & virtus cuiuſque formidoloſa ſunt.
Delatores quidem & ſuſurrones omnes ad vnum & a caluo (vt dicitur) ad caluum cōmunis regum omnium ac regnorum peſtis, totidem vomicæ rerum publicarum & carcinomata, primas atque poſtremas partes Tragœdiæ ſibi depoſcūt: his quoniam ſunt aures & oculi principum, nulla ianua clauditur quo

minus admittantur: nullum tempus impor-
tunum eſt, quo minus audiantur. Deum im/
mortalẽ quantas curas pectoribus ingerunt?
quot mentem perturbant in ſomnijs? quot la
trocinia fumum venditantes cõmittunt? quã
diris calamitatibus vrbes implicant, omni fe/
re labe his ex fontibus manante? nam quum
aſſiduis criminibus dicta factaque ſingulorũ
clam inuiſa regi faciant, irritant ipſius animũ
& mox ad crudelitatem impellũt. Extemplo
venit ĩ opinionem leuis crudelis ſanguinarij
principis: quę nomina (quam maxime fieri
poteſt) a magno & præclaro principe fugien
da ſunt: ſiquidem non paucorum ciuium, ſed
omnium populorum odium & inuidia cõtra
huntur. An vero quos tibi putaris inſidiari,
ſupplicijs ſupremis afficies vniuerſos? at hi
quum ſint potentiores, multiſque cognatio/
nibus & affinitatibus muniantur, mordebũt
frenum: vt dicitur, ac periculum periculo ꝓ/
pulſabunt. CÆS. Hactenus exiſtimaui mul/
to maximas in quouis genere flagitiorũ cle/
mentiæ partes concædendas eſſe. Cæterum
vbi nimia lenitate mei animi ſcelerum impu/
nitas in meum caput recidit, opinor maiorẽ
in huiuſmodi caſibus vitæ rationem oporte/
re haberi, quam opinionis vulgi cum in om/

nire facili iudicio, tum in alienis negocijs æſtimandis incredibili temeritate vanaque ac inconſulta perſuaſione ſæpius ad pœnitentiam vſque laborantis: nam quos venia dignos ob tenuem ſuſpitionem arbitraris, valētiores ad ſpes perficiendas indulgendo efficis; atque etiam quū ſuſpecti habeantur. maturius metu ſe liberare vel periculoſo facinore coguntur. Tunc illud pulcherrimum donum Cyclopis exemplo in præmium benignitatis exitio proprio breui compenſandum. Et quamuis complures a ſumenda de ſceleroſis hominibus pæna cauſæ cohiberent: ne tamen pendeas animi, ac ſubinde circumſpectes (quum præſertim audierim vulgo dici malum eſſe cuſtodem diuturnitatis metum) omnia ferro flamma ruina excidēda ſunt, vnde aliqua periculi ſuſpitio apparuerit. SYLLA. Recte ais o Cæſar, quādo multa ſunt in vita hominum turpiter & calamitoſe neglecta, emendatione tamē aliqua corrigi poſſunt: iſtius autem ſceleris, ſi præſēs occaſio negligatur, poſtea quū tanti veneni vis continenter vetuſtate inualeſcens per capita multorum demanarit, nequicquam recuperandæ facultas deſiderabitur. At vereor vt omnibus abominātibus ac etiam extimeſcentibus tuam crudelitatem di

caris non obuiam ire flagitijs, & improborũ hominum ferociam legibus contundere; verum pleraque ſama circumfertur vel rapacitatis ſtudio, vel inata ſęuitia te cædibus in bonos ciues graſſari; nec temperaturũ ab huiuſmodi feritate, quoad vel vnus ſuperſit, cuius virtus formidoloſa videatur. Qua in ſpe viuet populus ſingulis momentis expectans ad ſupplicia rapi? applaudẽt alacres tibi cruẽto ſanguine popularium ac truculentiſſimæ Tygridis in morem ſæuientis? quinimmo clãdeſtinis imprecationibus deuouebunt, & ex ſingulorum formidine commune odium in Tyrannũ procreabitur. CÆSAR. Oderint dum metuant; quę vis enim extimeſcẽda eſt, quum aſſiſtant delectarum cohortium præſidia, fortiſſimiſque ſtipatoribus latera circumdentur? SyL. Falſus es Cæſar, ac toto (vti ferunt) aberras cęlo: ſiquidem ad tuendum & conſeruandum regni ſtatum nihil eſſe tam firmum, tam ſtabile, ſæpe compertum fuit, neque claſſes, neque exercitus, neque bellicas machinas, neque cum ingentibus theſauris arces munitiſſimas, quam eſt ſubditorum fauor atque beneuolentia: quę tamen cũ plurimis beneficijs, tum vero iuſtis imperijs, & imprimis obſequio atque facilitate demeren

da ſunt: nihil æque peſtiferum gubernatori-
bus vrbium arbitramur, ac vbi ciuitas percul
ſa metu odio in ipſum principem accēditur:
ſcilicet vllę vires obſtabunt quo minus im-
perio deijciatur? dehinc extorris amiſſa pa-
tria & domo, ſi forte cum ſpiritu euaſerit, mi-
ſeram vitam exigat? certe nullę Dionyſio Sy
racuſano deerant opes ad ſtabiliendam Ty-
rannidem pręter amorem ciuium, quamob-
rem turpiter eiectus apud alienos in ſua cala
mitoſa ſenectute ludibrio habitus eſt: nonne
Macedones ob ſuperbā dominationem De-
metrium in bello deſeruerunt? nunquid eti-
am ſimili de cauſa Tarquinius a noſtris vrbe
non fuit excluſus? Cæterum inde facilius cō
nicere licet quam friuolę ſint opes tyrānorū,
quippe triginta ſeuiſſimi tyranni non potue-
runt athenis Thraſybulo ciui exuli reſiſtere:
ac (vt noſtra rurſus cum externis coniunga-
mus) Romę decemuiris tyrannidem exercē
tibus haud cunctanter imperium abrogatū
eſt. Quid qđ plęrumque non expectato vni
uerſorum conſenſu vel a cuſtodibus in Ty-
rannum irrumpitur, vel vxor iugulat per qe
tem, vel amicorum liberorū ve indignatione,
aut ſpe commodorum & honoris, aut deſide
rio vindicandę libertatis ex improuiſo tyrā-

nicidia conficiantur? CÆS. Quandiu expe-
tuntur aliena auxilia blandiendum cenſeo: qua re ſublata, imperio pro libidine vti conuenit: nimirum a bellis abſtinere, parta iã dominatione, ex vſu eſſe affirmare non dubitarim: nam dementis eſt, quum ſemel in tranquillo ſis, in dubiam fortunæ aleam proficiſci: quę ſępe dum tentatur, vt eſt inconſtans, vnico reflatu ſua pulcherrima beneficia miſerabili ruina inuoluit: ſi vero bella pręter opinionem ingruerint, ea legatis demandentur, quo pacto tuum periculum alieno periculo veluti clauum clauo expelles. SyL. In eaſdẽ anſas incidiſti, quinimmo fumum defugiẽs in flammã deſilis. Quũ inermes antea vel ꝓpinqui timerent, copias tuas & robur tyrãnidis firmiſſimũ ꝗ vitę pręſidiũ alienę ſubmittis poteſtati: tũ prębentur arma ciuibus lõga ſeruitute oppreſſis, videlicet vt pręlijs exacuantur, & victorijs animo erecti diutius pati iugum ſeruile dedignãtes aperta vi ſe aſſerant in libertatem. Præterea quum vita omniũ poſita in certamen eſſet, ageretur ꝗ; de finibus imperii patrię ꝗ; incolumitate, atque is cuius maxime intereſt, in pugna præſentẽ adeſſe, in commune diſcrimen deſcẽdere neglexiſſet, quo animo tantã in periculis mol-

litiem ferret armata multitudo: temperaret a conuitiis: non diris execraretur: Sed quid ego conuitia execrationeſq; commemorē: multi per iouem inuenirentur Arbacti qui regem adeo delicatum, adeo delibutum vnguentis nidore corollis meroque redolentē ſycioniiſq; indutum calceis & veſte coa inter mulierculas penſa parcientem vna cum ſuis pſaltrijs ſpintrijs tineis atque ſoricibus aule ad extremam deſperationē compellerent. Sed ſtatuatur ciuitas non magis in odium quam beneuolentiam propenſa, tuique ſimilis tyrannus appetentiſſimus laudis exiſtat, ſegetemque gloriæ ſuſceptis expeditionibus in bellicoſas gētes non per prefectos cæterū preſens ipſe quærat: profecto in ſumma ocij penuria non aberunt graues occupationes cum perplexis cogitationibus ac rara quiete nocturna, ſomnijſque turbulentis atque terrificis: nec tamen in hunc ordinem refero iudicia fœdera edicta cōſultationes, ſunt ei vel ocioſo peculiaria & pacis q̊q; tempore quotidiana. Porro quum onus ipſe ſolus belli ſuſtineat, quum totus vnius humeris exercitus incumbat, ſit vt mentem in diſpicienda mille negocia diſperciat. Antequam de acquirenda victoria conſilium in

eatur(quoniam leuibus ex cauſis tumultus in caſtris & ſeditiones excitari ſolent)non tã tum erit operepretium blãdo alloquio ſum/miſſaque commilitones oratione compella/re,ſingulorum fidem atque virtutem extol lere,atque in iis dumtaxat demonſtrare ſpes omnes honoris fortunarumq; ſibi repoſitas eſſe,aliis multa dare,omnibus plurima polli/ceri:verum etiam accuratiſſima opera impẽ denda eſt(hæc autem non ignarus alioqui expertiſſimo rerum huiuſmodi recenſeo ꝗ hic maxime locus poſcere videatur)ne com meatu prohibitus exercitus fame prius de/hinc lue conficiatur:cuncta enim quæ caſus vel neceſſitas attulerit aduerſa, ſecordię im-peratoris aſcribẽtur: quæ ſi grauiora fuerint quam æquo animo ferri poſſint,vndiq; cõ-curſus a militibus in auctorem certatim fiet illius capite acerbitatem fortunæ expiandã arbitrantibus.Iam reliqua conſideremus æ/que curarum atque trepidationis plena. Oi-bus intempeſta nocte mortalibus poſt curas & labores intermiſſos q̃ ſuauiſſime ſtertenti bus,ductor exercitus(nam tuus quoque Va tes inquit:Principe non dignum eſt noctem dormire per omnem)interdum cubito inni-xus multa triſtia ſecum reputat;modo per ſi-

ſentium tabernaculo egreſſus, ne qua vel ꝑ/
ditiõe vel ignauia excubiarum ab hoſtibus
in caſtra per vallum aut portas irrumpenti=
bus repente ſomnolenti milites opprimerẽ=
tur, circuit omnes plateas, perluſtratiſq; por
tis Caſtrorum Vigiles in ſoporem incumbẽ
tes monet, hortatur, precibus fatigat, diligen
ter poſthac obſeruent, nequid per tenebras
detrimenti negligentia ipſorum capiat exer
citus: nihil non exequitur & in caſtris mo/
uendis quod vasa conclamata fuerint, & in
iĳs metandis vnde nulla neceſſitate prohibe
ri queat quo minus quum libuerit euadat. In
itinere vero per antecurſores explorantur
hoſtium aduentus; hi præmittũtur ad angu
ſtias, aliĳ ad colles occupandos, aliĳ iubentur
in ſubſidium a tergo ſequi. Interim ſollicito
de copiĳs & animis hoſtium oportune quiſ=
piam tranſfuga adducitur; is ſecreto interro/
gatus edocet ſigillatim numerum atque fe=
rocitatem aduerſariorum, vt prę magnitu/
dine diuiſis aciebus ingrediantur; mox nun
ciatur adeſſe hoſtes in propinquo, magno
inſtare impetu, vel pulueris indicio inſtar
Craſſę nebulę continenter augeſcentis, vt
neceſſario conſerendę ſint manus.
Tunc repente (vt fit) multa oritur trepidatio

tumultuatur paſſim, ſuam quiſque ſpem ſua conſilia ſecum agitat. Tyrannus intimis prę cordijs compreſſo cruciatu, cæterum vultu ſpem ſimulans tranſſugam ex compoſito in concionem producit: iubet omnes bono animo eſſe: nã aduerſarios (licet magno veniãt agmine) ficulnis tamen viribus non eſſe timendos, puta maxima ex parte calones, & lixas ingentes ſcortorum greges in plauſtris & impedimenta circumnectãtes: poſtremo confirmatis oratione militibus perſuadet vt non minus prędę quam pręlio ſeſe accingãt Cæterum dũ animo reuoluit Cataphractos equites, & currus falcatos ac Elephantes cũ turribus: adhęc velites alios, alios ſagittarios & funditores, alios diuerſo genere telorum armatos Cohortes pęne ĩſuperabiles, artus inuadunt frigore, atq; animo linquitur. Eductis tamen exercitibus, & aciebus vtrinque inſtructis, vbi claſſica intonuere, miles non admodum cõſternatur, paratus ſi hoſtes terga dederint, fugientes perſequi & cæſorum ſpolijs, onuſtus reuerti, adhæc a triumphante imperatore donatiuum: accipere ac epulo intereſſe. Sin grauius premet aduerſarius abiecta parmula curſu quam expeditiſſimo ſaluti conſulere: quem vnaquęque latebra

ſideliter abſcondit. Quod ſi etiam in manus hoſtium inciderit, paruo precio redimitur. Imperator paludatur ab omnibus cognoſcitur, petitur ab omnibus: vndique in eum, q victoriæ premium ſit, tela proijciuntur. Cui fugere inclinata iam acie cum dedecoroſum tum quoque minime tutū eſt: capi vero grauius morte ducitur. Quam alacris reuinctis poſt terga manibus, & pedibus cathenarum pondere grauatis currum victoris proſequeretur: quibus oculis intueretur, quibus perferret auribus contumelias & probra quum quadrupedis in morem curuatus equum hoſti conſcendēti ceruicem ſubmitteret: Quæ nex tam atrox eſt, quin fęliciter cum tanta commutaretur ignominia: Itaque quum ex ſola victoria ſalus & ſumma rerum pendeat totis viribus adnititur, vt iupiter Capitolinus recentem gremio laurum accipiat: quaſi amens hinc inde curſitat: alios hortatur ſtrenue pugnare obteſtatur alios pugnam capeſſere modo feſſis & vulneratis e pręlio ſubductis integros ſubſtituit, modo Cornu laboranti ſubſidium immittit, ac vbi maius certamen eſt plurimus ſeſe medijs immiſcet hoſtibus: iam fugientium ceruix in hoſtes intorquenda, ſigniferoque percuſſo formi/

dine,& ob hæc ſegnius telis ſe obiectante, ve
xillum abripiēdum, & in armatorum agmi
na proijciendum, quod manipuli deprecan
dę ignominię gratia fortiter pugnando re/
cuperent. His atque alijs diſtringi malis ne/
ceſſe eſt, quæ a neutro noſtrum dum exerci/
tibus deuincti mortalitate prę eſſemus, ab
fuere. CÆS. fateor eſſe labores ingentes per
ferendos & maxima pericula: quæ tamen in
credibilem gloriam pariūt: illa quidem cho/
reas conuiuia ſomnum veluti peſtem abo=
minata per ſenticoſa loca pendenteſque ru/
pes vagatur difficilis inuentu difficilior ap/
prehenſu plęrunque multis armatorum ca=
teruis vallata per aciem nouaculæ rerumqꝫ
mille diſcrimina adeunda irritos mortalium
conatus amplexu lubrico facit: nec aliter fer
me quam cruētum cędibus comitatur. Quo
circa Sardanapalꝰ & Xerxes quū ſe luxuriæ
& inertię dediſſent, nullum ſui celebre no/
men poſteris reliquerunt. Āt Semiramis, &
Crius, inclytis operibus gloriam immorta/
lem aſſecuti ſunt: quorum fama vigebit me/
moria ſęculorum ſempiterna. Proinde qui
propagationi nominis ac ęthernitati ſtudēt
vitam periculis obiectant, vt vno aut altero
memorabili facinore inter viros illuſtres cō

numerati frequentes prædicentur: quæ res abſque ſudatis & anhelis laboribus, id eſt ꝙ aiunt, citra puluerem & ſudorem ne Iouis quidem filio (quotuis vtar exemplis) cõceſ/ſum fuit. SyL. Haud facile dixerim, vaniorẽ opinionem an magis peſtilẽtem induerint mortales: quæ adeo: altas ęgit radices, ita mẽtibus obcęcatis adhęſit, vt ad nullas rationes oculos aperiri patiatur. Quippe ratio iam/pridem perſuaſit cõſtantem gloriam nequaquam ex ijs rebus ſcaturire, quæ licet magnę ſint, cum ſcelere tamen affinitatem contraxere: alioquin Phaeton & Heroſtratus incen/diarij manibus impio facinore contaminatis cęlo terraque cari haberentur: quos tamen omnia ſęcula omnes hominum ætates vno ore infamarunt. Nam Herculis memoria ſumma cum veneratiõe colitur, ꝙ ex ipſius erumnis ingentia in mortales cõmoda redũdarunt. Neque ego laudem Iouis ex eo conſtare putauerim, quod victor pręlio Titanas & Gygantes deleuerit (ad vindicandam im/pietatem neceſſitas impulerat), cæterũ quia publicam agens vtilitatem cumulauerit amplisſimis beneficijs humanum genus æque proprijs ingenii viribus atque beneficos liberos procreando. Igitur eum virũ dicemus

veram gloriam ac nominis æthernitatem aſſecutum, ex cuius induſtria vel gentes vel vrbes vel nationes nullius iniuria iacturaq; ingens emolumentum perceperunt. Caue Cæſar imperitum vulgus imitatus temere credas quemquam iſtorum ſiue Cyrum ſeu qui in anxietatem Alexandri ac democriti vanitatem diffunduntur, quaſi beatos laudibus extolli debere: niſi velimus inſatiabiles & effrenatas cupiditates ac ſcelerata facta in rebus honeſtis connumerare. Quibus gentibus ille rapinę nõ victorię Macedonis Alexandri (nam hunc audio maxime rerum geſtarum admiratiõe crebrari) latronis more in bona vitam libertatem miſerorum hominum graſſantis vſui, ac non potius calamitoſæ fuerint? Ipſi quoq; Macedones poſtmodum ſibi funeſtas experti ſunt, quum in diuidenda præda diſſentientes mutuis cladibus vulgo ſternerentur. Sed aliquantiſper publico blandiamur errori, adiuuemus tuã inſaniam, vbi nihil a pertinacia decedis, eſto magnitudine: rerum geſtarum terras mariaque fama tui nominis impleuiſti: vnicuiq; potentiſſimorum & clariſſimorum regum gloria antecelluiſti, omnia deniq; tuis optatis obſecundarunt, vt fęlix tua & aliorũ per-

ſuaſione vixeris: q̃ repente ſola mors, exacta quaſi vna diecula vitę, tot aceruos voluptatū tot congeſtas delitias, tot fortunę blandimen ta, omnem iſtam longe lateq; imperandi dul cedinem vnico momento extinxit: nec tamē iſtius fęlicitatis tragicum finem inter mala re ferā, qui ſuauiſſimas voluptates amariſſimo felle condijt. CÆS. In corpus om̄ibus caſibus obnoxium quod potuit, vis liuoris ægit: cęte rum illuſtris & peruagata fama nomenq; Cę ſaris per cunctas gentes vrbes inſulas portus vltra fines imperij romani celebratum haud vllo potuit affici detrimento. Niſi me ratio meorum honorum ad deſiderium perficiēdi curſus ętatis meę hortaretur: ꝑfecto magno pere mihi fuiſſet optādus is exit⁹ vitę. Quid enim aliud mea nece factum eſt, niſi ęqua me cum reliquis hominibus conditione mortali tatis ob ingentem gloriam immortalitatē ade ptum eſſe, ac propediē inter diuos conſecran dum. SyL. Cæſar illa ſunt adulantis & formi doloſę plebis deliramenta, etiamnū rebus nu dis inania nomina deorum imponentis: nihil amplius ab hominibus pręſtari poteſt, q̃ ipſi habeāt: quod ſi poſſent immortalitatē in alios conferre, eā potius ſibi quiſq; arriperet. CÆS. Non ſum adeo rationis expers, vt me deum

eſſe credam: illa hominum opinio eſt. SyL. At nullus iſtius vanę perſuaſionis tanto locorũ interuallo ſenſus ad inferos deſcendit: nulla vnq̃ rerum humanarum delectatio ſtygẽ preteruecta eſt. Libenter ſcire velĩ Cæſar vbi ſubſtiterint illę veteranę cohortes, q̃diu voluptates proſecutę ſint; nam vidimus nudũ & cicatricoſum ac denſo curarum agmine ſtipatum in aulam Plutonis ingredi. Num tibi magiſtratus cum inſignibus obuiam honoris gratia venerunt: at nemo plane ne ipſi quidem minutuli qui quondam ſupplices tuis genibus aduoluebantur, prætereunti aſſurrexere, non dignati ſunt oculis intueri: haud quemq̃; aliena perinde negocia diſtringunt: ſuis fere quilibet aut malis torquetur, aut ſolatium ex bonis capit. Pari conditione reges & inopes agimus, alium a priore ſtatu ab alio non diſcernentes, illa enim fortunę poteſtas fuit. Qui autem inuictũ gerentes aduerſum diuitias animum, quum incluſi corporibus eſſent, ſancte pieq; vixerunt, ad nullas voluptatum illecebras mente proſtrata: hi pulcherrimas nacti poſſeſſiones cuiuſuis mœroris expertes ocio fœliciſſimo fruuntur. Qui vero aut impudicis voluptatibus volutati ſunt, aut alios afflixerunt iniuria: hos vel Ixionis radij

diſſecant, vel Tycij vultur depaſcitur, vel ſaxum Syſiphi aſſidue reuoluendum delaſſat, vel hi Chymerę lacerandi alligantur, vel obijciuntur Cerbero in fruſta dilaniandi. CÆS. Incaſſum terres hominem impauidũ, qui ad nullos caſus & minas fortunę cõſueuerit oculis conniuere. SyL. Id certe nõ faciebam; nec attinet illi formidinem incutere, quẽ illico terrores inuaſuri ſunt. Sed nimirum dum aliud ago, tua interpellatione huc ſermo deflexit. CÆS. Dum ſinuoſis Meandris acies inſtruis & moribus inferorum occuparis, longior ꝙ decebat oratio fluxit: qua re factum ẽ, vt animum quoq; ab inſtituta diſſertatiõe diuerteris. Atqui vellem comparationẽ Tyrannicæ voluptatis ac iuxta malorũ (vt propoſueras) tanq; in aliqua breui tabella depĩgeres, ac velut imaginem poneres pręter oculos, vt ſub compendio facilius intelligerent. SyL. Nihil refert diſſimules, an oblitus ſis, nam vtramq; paginam legiſti: magis tamẽ putarim falli memoria, aut ſane, quod veriſimilius eſt, ad huiuſmodi collationem animum non adiecilſe. Quippe ita natura comparatum eſt, vt qui ſe nimis in aliqua delectatione totos proluunt, quo pacto aliunde premãtur nõ ſatis videãt, quod vel in venatoribus & citharędis depre

ſhenditur: illi ſtudio perſequendarum ferarũ allecti laboribus haud animum intendunt, hi quum preter modum vocis harmonia capiantur, plerumque fidium diſcordiã non recte percipiunt, vtcũque tamen ſeſe res habet, quoniã modo Zeuſis Phidię Timãtis copia caremus nec ipſe arti pingendi ſum initiatus ea cõſpectu viciſſim tibi deſcribam, & in breui formula collocabo. Hæc igitur adijciãtur ad opes & faſtus imperatorios, quos tu quidẽ auidius atque curioſius percenſuiſti. Dinocrates architectus ab inferis in tuũ obſequiũ reuocatus, haud abſimilem regiam vrbi, quam in Atho monte metari conſtituerat, ex Numidico pario Laconico Ægiptio Dalmatico Porphyretico marmore ędificet: quam Athlas vna, Hercules altera ex parte ſuis humeris ſuſtineant: Phegite lapide tranſluceant parietes, atque auro & ebore lacunaria colluſtrẽt: calcetur onix emblemate vermiculato ſub cõchiliatis periſtromatis: multa veſtis Attalica, multa Britãnorum aulea viſantur, inſtratis ſplendide accubitis cocco & byſſo piloque leporino & plumis perdicum ſubalaribus ad ſomnũ ſuapte inuitantibus: adſint & mẽtoris toreumata, & ſigna Policleti, & Apellis tabellę, Murrhina etiã atque criſtalina vaſa, & ingẽtes coloſſi Pra-

xitelis op⁹, ad hęc qualia nec ędilitas M. Scauri viderit, nec luxuriãtis Luculli cupiditas exquiſiuerit. Hic tu ſub vite Bithinica lectis purpureis aureo q́; pictu[illegible] ... diſcũbes: tũ aſtabũt niliaci ſtructores, a cyatho Hylas vel Ganymedes: non deſiderabuntur gratię, non veneres, & Oſiridis muſæ: freqnter ſe offeret Apicius magiſter gulę nouis gannearũ cõdimẽtis faſtidientẽ ſtomachũ irritans: ſpumabunt cecuba gẽmeis poculis idẽtidẽ ſitim ab igreſſu prohibẽtia. CÆS. Tot ac tanta cõmemoraſti bona, vt neſciã plane, an Iupiter quicq́; amplius habeat. SyL. Hæc tibi puta contigiſſe. CÆS. Si fortuna tuo dicto ſubſcriberet, audere fęlicitate cum vnoquoq́; deorum certare SyL. Nunc Cęſar audi reliqua largius ex altero dolio Iouis hauſturus. Sic inter delitias voluptuanti triſtis affertur Laconica Scytala, hinc Syriã a Parthis vaſtari, illinc galliã rebellaſſe, atq́; Hiſpanos ab imperio deficiẽtes inijſſe ſocietatẽ cũ pęnis: alius ab Hannibale cęſas nuntiat legiones: alius a ponticis hoſtibus Aſiam voluptatũ fomitẽ trucidatis p̄ſidijs & negociatoribus Romanis oppreſſam teneri. Iã claſſes ĩ Lybico mari tẽpeſtat ſubmerſę: q̃ multa lædoria liberę dicacitati deuorãda & ingrato decoquẽda ſtomacho

quã etiam multi ciuiles motus, bellorũq; tumultus, & nocturna conuenticula deferuntur, hic inſuſurrat in aurẽ cauendũ a medico grandi pecunia corrupto, mox ſignificatur vxorẽ nuptias cũ adultero celebraſſe, earũq; pręmiũ tyranni cędẽ pactã eſſe. Interim plęriq; ſemianimes liberti accurrunt nunciãtes potentiorũ coniurationẽ detectã qui iam & faces ad incendiũ & arma parauerint ad cædẽ. Nec alio relinquente fluctu alius inuadit ſed multi globatim cuneatimq; adoriuntur. Tu nuncijs huiuſmodi, qualia ſingulis prope diebus vnicuiq; tyrãno accidunt, nõ perturbareris, non animo cõcideres? nimirum opinor ab illa elegantia & ſplendidis apparatibus oculi q̃ longiſſime auerterentur: Palatus etiam num ſuauiſſimas dapes, omniaq; Lauticiarũ lenocinia quaſi cicutã refugeret. Pręterea non trepidares, nõ paueres crebro ſuſpiciens diſtrictos enſes & famiata ſpicula de tectis aureis tenuiſſimo filo ceruicibus ĩpendentia? ſecuritatẽ profecto cũctis huiuſmodi moleſtis delitijs & ingrata põpa libentiſſime redimeres, quibus holerũ cibum, & Aglai ſophidij angulũ in Archadia potiora iudicares: vbi leuis cũ nocte ſomnus accęderet, ac victũ atq; robuſtũ corpus ad extrema

vitę ſpacia traduceretur. At vobis cũ inopia ſomni, tũ immenſo mordaciũ curarũ agmine intēpeſtiui cani circũ tēpora ſparguntur, & properata gradu tacito ſenectus obrepit, ſimul irruunt in exhauſta continuis libidinibus mēbra dolores laterũ, ſtomachi cruditas, manuũ tremor, pedũ incōſtātia, diſpnea diſtillationes, angina, ſacer morbus & articularis atq; alia mille id genus mala, quibus omnes rationes voluptatũ iugulatę penitus concidunt: tũ delitias nacti grata poſſeſſiōe dominantur, contumaciſſime poticībus emplaſtris & mithridaticis medicorũ anthidotis reſiſtentes, vt non temere niſi cũ exhalatione animę digrediātur. Quotus quiſq; eſt non dicā tyrannorũ, ſed iuſtiſſimorũ regũ, q curricula vitę leuiter emenſus fato nō violēta morte perierit? CÆS. Homerus tamē ait, eos ſub aureo Iouis clypeo conſiſtere. SyL. Mirũ quo proceſſerit hũana credulitas, qua ſi non gratior eſſet diis innocentia pauperũ impotenti regũ dominatione, aut fortaſſe minus accepta eſt thuris & verbenarũ incēſio lactiſq; ſacrificia, q Hecatōbe ſuperbę litationis vana oſtentatio. CÆS. Veriſimile ē deos magis gaudere quũ imolantur armēta tanq opipare cęnaturos, SyL. Nequaq ita eſt Cæ

ſar:nã quũ oĩa deorũ ſint nulla re indigent: quo ſtultius eſt credere eos ſumo veſci atq; nidore ſacrarũ carniũ, qbus affatim nectar & ambroſia ſuppeditant, verũtamẽ incredibi/lẽ capiunt voluptatẽ, vbi facultas ĩciderit, in quẽpiam dignũ ſuo arbitratu beneficia con ferre, haud temere conceptis hoĩm votis aut nuncupatis acqeſcentes: liquidẽ imprudens mortalitas plerũq; ſolet optare, quę ſibi impe trata mox calamitoſa forẽt. Eteni opes hono res magiſtratus imperia nõ ſecus ac teterri-mã peſtẽ ĩjs, quos a recto bonoq; trãſuerſos improbitas ægit, proijciunt: quo ſemper in-ter curas & pericula verſantes ingetos & in/ſuaues dies perferãt: quibus vero de nefan/dis cupiditatibus agere triũphũ cõtigit, eos bonis lõge beatioribus ditant: paruo cõten/tos faciunt, ac lęta valitudine proſequuntur: addunt ingenuę diſciplinę, multaq; ac varia rerũ hũanarũ & diuinarũ cognitio: qua pror ſus vera ſapiẽtia mortales arctiſſimo dijs ami citiæ vinculo glutinant: his accædunt vxor morigera liberiq; ſoſpites cũ nepotibus mo res parentũ ęmulãtes, hę ſane firmiſſima bo norũ oĩm & pręcipue ſapiẽtũ perſuaſione di uitiæ maximę ſunt ac vera fęlicitas hũana. Ac mihi quidẽ videtur mortaliũ vitę condi

tio nauigatiõi perq̃ ſimilis eſſe; quę duobus fere generibus nauigiorũ perficiatur. Qui/dã admirati turritas naues bellicisq; machi/nis ĩſtructas, vndiq; varijs picturis puppes ornantibus, ingẽtẽ illã molẽ quę ſibi ipſi oneri eſt, ægeum ſulcaturi conſcendunt: tum cõfeſtim ſcopulorũ vitatis muricibus in altiſſimũ pelagus abducũtur: ibidẽ quãtũ imbre madeſcant, quã vehemẽtibus exagitent tẽ/peſtatibus q̃ terribiliter balenas & orcas extimeſcant, quantas calamitates & miſerias pa/tiantur, nemo ſatis explicare pro atrocitate rei poteſt: an quicq̃ vſq; adeo firmũ atq; munitũ vel natura vel hoim induſtria fecit, q̄d ſtridentes illę procellæ ac decumani fluctus non quaſſarẽt, diſijcerẽt, demolirẽtur? Quã/to ſatius anguſto myoparone margines ra/dere terrarũ, cui q̄dlibet foramen tutiſſimus portus eſt: nullã ſæuitiã truculentiſſimæ tẽ/peſtatis alligati funiculo nõ rident, quũ ſępe naues enormis magnitudinis in littore quatuordecim ſubnixę anchoris cõuellant. Quę malũ, dementia eſt putare iucunda corruſcãt auro, argẽto, gẽmis, veſtibus fulgẽtẽ auidiſ/ſimo ventri quęſitas opes ĩgerere, ſtipatũq; gregibus barbarorũ per ceruices domitorũ populorũ incedere, & ad ſingula momẽta pa

uitare? niſi forte venenũ in auro poculo ſua-
uius arbitreris, & auide puerorũ in morẽ ab
ſinthij plena cimbia, oris melle dũtaxat illitis
exhaurienda contẽdas. Omitto iã q̃ neq; ci-
bus pro voluptate, nec iter pro auctoritate,
neq; bella pro iudicio ſuſcipiãtur: quũ te pu
tas maxime viuere, præceps ad mortẽ cõcita
tiſſime raptaris. Quid cõmemorẽ Alexãdri
pherçi miſerã erga ſuũ corpus diligentiam?
Quid infęlix & abominãdũ regis Maſſiniſ-
ſę ad cuſtodiã ſuæ vitæ cõmentũ recenſeam?
quorſum attinet ſolitudines Mithridatis &
anthidota referre partim a tua memoria re-
mota, partim hoc tẽpore nõ ſatis apud te põ-
deris habitura, q̃ oculorũ ſenſu nõ cernãtur,
cui te maiorẽ auctoritatẽ q̃ animi iudicio tri
buere nuper indicaſti? Ecce Plutonẽ aſpice,
qui licet deus inferorũ & prĩceps vaſtiſſimi
Tartari nigris tenebris ac tetra mucidaq; ca
ligine ſit amictus, ad hæc q̃uis Herebi Terrę
Stygis Acherontis Cocyti Lethes maxima
pariter & horrẽda ſobole, Demomorgoniſ-
q; tota muniatur proſapia, qui peruigilibus
excubijs faces & colubros circũgeſtãtes nul
lũ locũ in tota regia, q̃ vaſtiſſima eſt, nullum
angulũ, nullã cellulã armariũq; non attẽtiſſi
ma cura perſcrutantur: attamẽ dũ hos audit,

alios aduocat, alios dimittit, nec ociũ a labo-
ribus, nec intermiſſionẽ poteſt a curis impe
trare. Quantũ æſtuaſſe dicitur Herculis &
Theſei deſcenſu maxime ob pertractũ Cer/
berũ: q̃ ingẽtibus deide machinis Heracleo
ticũ ac reliquos hiatus obſtruxerit: Sepe vi/
dimus terra ſtei nutante pallescentẽ trepidã
tẽq; necubi per teſtudines triplicibus came
ris fornicatas forte dehiſcentes radij ſolares
irrũperent. Idcirco intra feſtinatione paran
tur ad tales caſus ĩ locis oportunis oportuna
remedia: cernũtur paſſim plutei ſuſcudes tra
bes pilę ſcapi fornices antes impagines tym
pana tranſuerſaria tigni, aliaq; inſuper quo-
tidie noua fabricantur nunq̃ ceſſantibus ope/
rariorũ familijs. An credis parũ terreri præſi
dẽ vmbrarũ auaritiæ cuniculis ne refoſſum
barathrum prędæ vaſtationiq; cupidiſſimę
mortalitatis pateat: ſiquidem olim (vt fama eſt) li-
gonũ ſonitus ab Indis & Arimaſpis exaudie
bantur magna Ditis anxietate. Sed Herodo
tus belliſſimus rerũ nouarũ architectus om-
nẽ iſtiuſmodi metũ abſtulit, quũ nunciaſſet
a tellure ob affinitatẽ, quę illi cũ Plutone eſt,
hic Gryphes, illic formicas moloſſi canis
magnitudine ad cuſtodiã auri procreatas, qui/
bus pertinaciter a nefaria cupiditate morta/

les ex mirmecijs & Hippogeis arcerētur: pro
pter q̄ merita inſignis Herodoto figmētaria
ſella ſuper oēs Logodedalos erecta eſt. Sed
vehemēter alia Ditē expectatio perurit. Ad
latus Nigritarū decliues cāpi ſunt haud ma/
gno negocio penetrabiles: ibi oīs metalli ve
næ plurimę, præcipue tamē auri ſolis ardori
bus depurgati, gens aūt ſimplex nuda, citra
vanas cupiditates in ſpecubus naturę tantū
inſeruiēs agit. Iſtuc olim vēturū Tireſias va
tes p̄dixit ex vltimis Europæ finibus hoīm
genus inhians auro perinde ac ſummo bo-
no ſuperata ſiti æſtuq; torrentiſſimo ac mor
tiferis ictibus aīaliū: hi quidem obſequētes
auaritię & vſquequaq; mancipati cęco amo
re cęca telluris viſcera laceraturi nūq̄ cōquie
ſcent, quoad vel oēs interierint, vel aulā hāc
principis inferorū inadmodū abdito recon
ditā hiatu detexerint, vnde quū ſcelera omia
grauiſſime vindicētur: nimirū cupidis plu-
to non immerito ſucceſſus in auaritiā longe
atrocius aīaduertit. CÆS. Quid noſtra re-
fert vtra vita cōducibilior ſit regia an priua/
ta? tametſi mirū immodum illa me demulcet
opinio vetus: quæ licet falſa nōnullis inſaniē
tibus philoſophis videatur: tamē iuuat erra/
re (ſi modo qui error eſt) dū ſubit recordatio

quo felicitatis faſtigio rerũ cõſtiterã,ſed pla-
ne noſtra cõſilia de his irrita ſunt,quibus fa/
ta nobis in vniuerſum interdixere. Quin re
deamus ad noſtrã rẽ,& tu iã cædas mihi, niſi
mauis meas vires experiri. SyL: Apage cũ
iſtac tua vecordia: hũc locũ iudices mihi de-
creuerũt,deus auctor fuit, oẽs ordines ſub/
ſcripſerũt. CÆS. Nõ ipſe potius a temeritate
deſiſtes,qui te Cæſari cõparandũ putas,quũ
in gremio ſcurrarũ ꝑ dedecora nũdinati pu/
doris adoleueris,& ꝑ quaſq; dãnoſas libidi-
nes magna tuę famę iactura,vel potius interi
tu ad q̃ſturã aſcenderis? SyL. Quoniã vete-
ris me comędię licentia ꝓſcindis:tu quoq; nõ
graueris de plauſtro viciſſim audire: ſiquidẽ
vſu ſępevenit,vt q dicit quecũq; vult,audiat
quę minime velit. Haud equidẽ ĩficias eo me
paulo intẽperãtius in adoleſcẽtia vixiſſe,neq;
id vni mihi contigit, ſed multo pridẽ aliquot
viris illuſtribus in nr̃a ciuitate videlicet Man
lio Torquato, Valerio Flacco,priori Aphrica
no.Q.Catulo: qđ vitiũ fuit adoleſcẽtię:tunc
enĩ efferũt ſe multæ cupiditates: quę ſi nimię
nõ fuerint,ac ꝓtinus vna cũ ipſa lubrica ętate
cõciderint,vt in ipõ ĩpetu tolerabiles habent,
ita poſtea nihil, vbi receſſerint,nois amplitu-
dini detrahũt. Atq; ego lõge præſtare iudico

tandẽ abiectis voluptatũ illecebris ad bonam frugẽ reuerti,q̃ voluptates nunq̃ nouiſſe, q alterũ fortiſſimi animi eſt, alterũ inexperientię:nã incognita nõ amant,niſi quadã opinione:blanditię vero qbus aſſueueris,efficaciſſimę ſunt ad ſenſus permouẽdos & facile cędẽtes intra ſua ſępta pertrahẽdos: quos rurſum poſtq̃ deſciuerint,cogere ſub imperiũ ratiõis cũ in primis magnę difficultatis, tũ oĩm pulcherrimũ atq; laudatiſſimũ eſt. Te vero Cæſar quis ignorauit Bithinicũ Fornicẽ olim aſſectatũ in pretexta,dehinc prętaxatorũ & matrũ familias aſſectatorẽ impudicę gurgitẽ atq; voraginẽ impudicitię: cui tuę ſalaciſſimę libidines per oẽs gradus ætatis augeſcentes,ac ſtupris nobilibus inſignes nõ pœne incredibiles vident: quę niſi cũ vita(ne Papia quidẽ lege perditæ laſciuię fibulã imponente) non abierũt. Teſtatur hęc tua caluities,& vulgatiſſimũ Thyeſtis nomen, inuſtaq; ſcomatis perpetua infamię ſtygmata idẽtidẽ a milite curſũ pſequente iactatis.Igitur audebis obijcere mihi tua flagitia,quę non excuſant ætatis imprudẽtia: maturũ iudicio ſibi tenaciſſimis nexibus obſtrinxerãt. Reor optimũ vnicuiq; eẽ priuſq; alteri calũniã Theonino dẽte intẽdat, ſua facta circũſpicere,atq; (vt pūerbio dicit) i

propriū inſpuere ſinū: impudentis enī eſt a
diſſoluti hoīs talionē non vereri, telaq; in ſu
opprobriū reditura temere iaculari, niſi ve
de genere lamiarū ſis, vt progreſſurus in fo
rū oculos inducas, domi vero deponas, & i
circo cęcutias in rebus proprijs, in alienis oc
latiſſimus appareas. Proīde quin coerces iſ
intēpeſtiuā linguæ petulantiā & vallo dent
conſtringis, ne dū libera vagatur nouos ti
cruciatus afferat? Si tibi iniuria factū itur; e
perire iudicio. Sed ecce Aſcalaphū nomen
torē ad nos video properare: audin quæ m
data ferat? vterq; iubemur ad Minoē. Cæ
Non ſum impedimēto quin eamus, dū ta
morosis cōperendinationibus nō lis in an
protrahatur. SyL. Hi iudices a noſtris cen
uiris lōge diuerſi nec flectunt gratia, nec r
neribus capiūtur, nec odio indulgēt, nec o
torum lenocinijs abducuntur a vero: vbi c
ſam ſub cōpēdio ꝓpoſuerint litigatores, e
plo ſecundū eū a iudicibus, qui iuſtas fou
partes viſus fuerit, de lite ꝓnunciatur. Ca
Id cuilibet optandū exiſtimo, vt repente
victus cōcidat, vel victor exultet. MIN
Dic noue hoſpes, quid tibi vis? quorſum
turbas concitas, nouis litigiorū generibus
ſtra tribunalia diſtringens, quaſi vero leg

mis negotijs non obrueremur? CÆS. Is ego ſum Cæſar (ſi quãdo Minos ad tuas aures fama ipſius peruenit) qui domi belloq; clarus omnes (excepto rege Macedonũ) externos & Romanos imperatores magnitudine rerũ geſtarũ (ne ſit inuidia dicto) ſuperarim. Vtraſq; Gallias ſeminariũ triũphorũ pacatas populo Romano reddidi: Britannos vici: ſummoui Germanos: a me vires Pharnacis cõminutę: Alexãdria ſubacta: Aphri atq; Hiſpani meis inimicis auxilia ferẽtes cęſi ſunt: ad extremũ diem necis ſumme rerũ præfui ſolus imperator: nunquid ergo Minos indigna poſtulare videor, ſi contẽdo prę ferri L. Syllę viro alio/ quĩ egregio, nequaq̃ tamẽ amplitudini Cęſaris cõparando. MIN. Ad hæc quid tu Sylla? SyL. Quãq̃ Minos non dubito tuã ſententiã irreuocabilẽ eſſe: tamen vt retundã inſolentẽ Cæſaris temeritatem, breuiter reſpondebo.

Quo tẽpore Cæſar gallia tibi prouĩcia decreta fuit iã populus Romanus pollens poteſq; totius imperator Italię Siciliæ Sardiniæ Corſicę Hiſpaniarũ expugnauerat pęnos, domuerat Numidas, dominabat̃ Illyrijs Epirotis ætolis Macedonibus ac vniuerſo nomini græcorũ: tenebat minorẽ Aſiã Liciam Pãphiliã, Ciliciã atq; Syriã, Deinde Cn. Põpeio duce Bithi

nios Paphlagones Cappadocas metu poten-
tiſſimi regis liberauerat; tũ victor perluſtra-
rat Iberos Albanos, vtrãq; Armeniam, Scy-
thas, Baſtarnas, Iudęos, Aſſyrios, Cretam in-
ſulã, cũctis alijs inſulis atq; littoribus medite-
ranei maris in poteſtatem redactis. Porro his
viribus aggreſſus es gentẽ bellicoſam nec ta
men vno prælio vniuerſam, ſed partes inua-
dendo (quia galli ſub multis regibus agunt)
alios dolis, alios magna ex parte ſuis ipſorum
viribus debellaſti. Centrones Ciarocelos Ca
rieriges alpinas gentes non fuit magnum ne
gociũ ſuperare, dehinc horũ ope additis voco
tijs Allobrogib⁹ Heduis Aruernis Sequanis
Ambarris, Heluetios, Tulingos, Latobricos,
Rauracos, Boios, Treuiros ad deditionẽ cõ-
puliſti; haud aliter Arioniſtus quoq; debella-
tus eſt; ſic etiã Belgę victi iugum ciuitatis no
ſtræ ſubiere. Cæterũ ſi cũ enumeratis popu-
lis Vbij, Bellouaci, Sueſſiões, Neruij, Attreba
tes Ambiani Morini Menappij, Bellocaſſes,
Caleti, Catuaci, Sidoaci, Codruſi, Eburones,
Aduatici, Armotici, ac Celæ oẽs, & Aquitani
oẽſq; Oceani accolę ſuas copias in vnũ agmẽ
coegiſſent, quid Cæſar tuæ cohortes potuiſ-
ſent ſuſtinere tantas vires, quum olim parua
manu Romã cęperint Italiæ fere dimidia par-

te poſſeſſa:Illyrios, Peones, Triballos, Thra-
cas penetrarint, Græciam vaſtarint & Mace-
doniam, Aſiam per vim ereptam occuparit:
Nam Germaniæ atq; Britanniæ magis explo
rator fuiſti q̃ victor. Quid autem de Pharna
ce dixerim, ſiquidem poſt philippicam ſtra-
gem facile potuit ei regnum adimi, cuius ca/
piti regiũ diadema Pompeius impoſuerat:
In egregiis haud ſane operibus numerabun
tur Alexãdrinorum delitiæ ſubactæ. A pœnis
& Hiſpanis qui iã diuturnis bellis contuſi fue
rant, nullum graue diſcrimen impẽdebat: &
pauci quidem pro partibus arma ſumpſerãt.
Itaq; cæteris inſpectantibus cum ciuibus con
curriſti, ciues trucidaſti, ciuium ſanguine fu/
neſtã vrbi noſtræ victoriã adeptus es, deniq;
a ſummo faſtigio tyrannidis, quam innume-
ris facinoribus occupaueras, inimicorum vir
tus magno tui ludibrio præcipitem in ꝓfun/
diſſimum infœlicitatis barathrum dedit. At-
qui meas res modo repetere ſuperuacaneum
puto, quas iudicum diligentia iampridem ſi-
gillatim examinauerit. Quantum autem vir
tute nos inter ſe diſtamus, quæſo tãdem ani/
maduertite. Cæſar aduerſum libertatem bel/
lum geſſit: Sylla ne ea tolleretur totis viribus
adnixus eſt: a Cæſare defenſores reipublicæ

necati ſunt: Sylla vt incolumes boni eſſent cũ profligatiſſimis hominibus depugnauit. Cæſar euertit rempublicam: Sylla eam conſeruauit: Cęſar tyrannidem arripuit: Sylla vrbem a tyrannide crudeliſſima liberauit: vter igitur laude dignior viderit Minos. MI. Qui nullam vitę dimicationem pro republica detrectarunt, eos honore ſemper cenſuimus proſequendos: in qua parte Syllam vel pręcipuum collocauimus & nunc demum confirmamus. Eos vero, quibus proprium commodũ fuit publica potius ĩcolumitate, ſub pedibus illorum depreſſimus, vt ab ijs, quos olim peſſundandos iniuria decreuiſſent, ipſi viciſſim peſſundarentur. Quare te Cæſar huic aſcribimus cateruæ: vbi Marios & cõplures alios tuę ſortis aſſeſſores habiturus es. Et ſic ſtatuimus in annum Platonis integrum, atq; in cõmẽtarios & in acta publica referri iubemus.

FINIS.

M. D. XXVII.